Res
4970

# PROPRIVM SANCTORVM ORDINIS S.P. Benedicti Portugallenſis.



da Ordem

CONIMBRICÆ.

Superiorum permiſſu.

Ex Officina Didaci Gomez de Loureiro,
Vniuerſitatis Typographi.
Anno Domini 1646.

D-to. Vizeu

Res
4970

# LICENÇAS

O PADRE M. Fr. Ignacio Galuão veja o Calendario & infor-
me com ſeu parecer Lisboa 15. de Nouembro 644.
Frey Ioão de Vaſconçellos   Pero da Sylua.
Franciſco Cardoſo de Torneo.   Diogo de Souſa.

ESTE Calendario não tem couſa algũa que impida poderſſe imprimir Lisboa 16. de Nouembro 644. in Conuentu S. Dominici M. Fr. Ignacio Galuão.

VISTA a informação podeſſe imprimir o Calendario & depois de impreſſo tornara ao Conſelho pera ſe conferir com o Original & ſe dar licença pera correr & ſem ella não correra Lisboa 22. de Nouembro 644.

Fr. Ioão de Vaſconçellos.   Pero da Sylua.
Franciſco Cardoſo de Torneo.   Pantaleão Rodrigues Pacheco.

Diogo de Souſa.

A 2   INDEX

D. IANVARIVS.

23. ILdefõſi Epiſcopi,& cõf. ſoris. Dupl. cõmemor Sanctæ Emerentianæ virginis, & mart.

28. Gondiſalui Confeſſ. dupl. (à die 10. tranſlati) cõmem. Sanctæ Agnetis ſecundo.

28. Eadem die S. Thirſi mart. dupl. 1. claſ. in ſuo tantùm Monaſterio, ibi autem Sanct. Gondiſ. transferatur.

FEBRVARIVS.

3. Blaſij Epiſcop. & mart. dup.

4. Dominæ noſtræ ab Exilio. duplex.

MARTIVS.

1. Rudeſindi Epiſcop. & Confeſſ. dup.

9. Franciſcæ Romanæ. dupl.

10 Martini Epiſcop. & Cõfeſ. duplex.

21. Ioachim Confeſſ. dupl.

APRILIS

16. Fructuoſi Epiſcop. & Cõf. duplex.

22. Senorinæ virg. dup.

IVNIVS.

13. Antonij de Padua Confeſſ. duplex.

IVLIVS.

6. Eliſabeth Reginæ Portug. duplex.

11. Tranſlatio S. P. Benedicti. duplex. 1. claſ.

22. Ioannis Gualberti Abbatis dup. cõmem. Pij Papæ, & mart.

15. De Octaua S. P. Benedicti.

16. De Octaua. & Commemo. S. Alexij Confeſſ.

18. Octaua S. P. Benedict. duplex. & cõmem. S. Synphoroſæ, ac ſeptẽ filiorum mar.

¶ Dominica 3. Iulij S. Angeli Regni Cuſtodis. dupl. maius.

AVGVSTVS.

7. Ducentorum Martyrũ Charadignæ. dup. (à die 6. tranſlat.) & cõmemor. S. Donati Epiſcopi.

16. Rochi Confeſſ. Duplex.

SEPTEMBER.

17 Sãcti nominis Mariæ. dup.

OCTOBER.

¶ Prima die Octobr. nõ impedita feſto 12. Lect. fiat officiũ dupl. maius S. Angeli Cuſtodis vniuſcuiuſque noſtrum.

¶ Dominica prima. Octobr. fiat officium Roſarij Beatæ Mariæ. Duplex maius.

20. Irenæ virg. & mart. dup.

NOVEMBER.

14. Commemoratio omniũ defunctorum fratrum noſtrorũ duplex. 1. claſ.

18. Romani mart. in ſuo tantũ Monaſterio celebrandi. dup. 2. claſ.

DECEMBER.

5. Giraldi Epiſcop. & Confeſſ. dup. & cõm S. Sabbæ Abbat.
18. Expectatio partus B. Mariæ dupl 2. claſ.

---

Officium Gaudiorum B. Mariæ feria 2. poſt Domin. in Albis
Officium Votiuũ S. P. Benedicti prima die feriali Menſis.
Officiũ Votiuũ Patroni ſecũda die feriali Menſis.
Officium Votiuum Corp. Chriſti, ferijs quintis.
Officium Vot. Chriſti Domini Crucifixi pro monaſterio Scallabitano, ferijs ſextis.
Forma abſolutionis prima die Lunæ Quadrageſ.
Forma Aſolutionis Sacramentalis.
Benedictio pro itinerantibus.
Exercitium matutinale.
Tabula Dominicarum retrocedentium; & aliæ.

---

## APPENDIX RVBRIcarum generalium.

I. In fine Laudum cantetur in choro ſequens ãa. Aue ſtella matutina, &c. (vt notia eſt) loco cuiuſque alterius pro diuerſitate temporum aſsignatæ.

Ave ſtella matutina
Peccatorum medicina,
Mundi Princeps, & Regina
Virgo ſola digna dici
Contra tela inimici
Clypeum pone ſalutis,
Tuæ titulum virtutis.
Tu es enim Virga Ieſſe
In qua Deus fecit eſſe
Aaron amigdalum
Mundi tollens ſcandalum.
Tu es area compluta
Cæleſti rore imbuta
Sicco tamen vellere.
Tu nos in hoc carcere
Solare propitia
Dei plena gratia.
O ſponſa Dei electa
Eſto nobis via recta
Ad æterna gaudia
Vbi pax, & gloria.
Et nos ſemper aure pia
Exaudi Virgo Maria,
Alleluia, Alleluia, Alleluia.

Poſteà dicatur ℣. qui pro diuerſitate temporum dicitur. Deindè addantur, ℣. Memor eſto Domine congregationis tuæ, ℟. Quam poſſediſti ab initio. ℣. Domine non ſecundum peccata noſtra facias nobis. Reſp. Neque ſecundum iniquitates noſtras facias nobis.

Oremus.

Oratio in fine Completorij aſſignata, cum pauſis Oratiuncul.

primæ, qua finita antequam cõcludatur, Per eundẽ Chriſtũ, &c. immediatè addantur ſequẽtes.

DEfende quæſumus Domine B. Maria ſemper Virgine, & B. P. Noſtro Benedicto intercedentibus, iſtam ab omni aduerſitate congregationem, & tibi toto corde proſtratã ab hoſtium tuere clementer inſidijs.

INeffabilem miſericordiam tuam nobis Domine clemẽter oſtende, vt ſimul nos â peccatis omnibus exuas, & à pœnis, & tribulationibus, quas pro ijs meremur eripias, pacem & ſalutem noſtris cõcede temporibus, & fructus terræ dare, & conſeruare digneris. Per eundẽ Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen. ℣. Diuinum auxilium, &c. Sub grauiori tono.

2. In Prima, finita Calẽda, ſeu Martyrologio, ℟. Deo gratias. Deinde dicitur. Pretioſa, &c.

3 In completorio poſt. ℣. Cuſtodi nos, &c. Dicatur canticũ Nunc dimittis, cum Antiphona Salua nos Domine vigilantes, Cuſtodi nos dormientes, vt vigilemus cum Chriſto, & requieſcamus in pace.

4. Pro octaua die Aſcenſionis aduertendum eſt quôd ſi ſequẽti feria ſexta, occurrat feſtum habens lectiones proprias in 1. noctur. tunc in ipſa die octaua ponenda eſt Epiſtola 3. Ioannis, pro lectione 3. & pro 4. Epiſtola Iudæ quæ in eadem feria 6. ſunt aſſignatæ.

5. Pro feſto SS. Coſmæ & Damiani 27. menſis Septẽbris, aduertendũ eſt quod liber Eſther ponẽdus eſt in 1. noct. eiuſdẽ feſti, quando Septẽber habet ſolum 4. Dominicas.

6. Patronus Monaſterij extra Quadrageſimam celebretur cũ Octaua ſecundũ Rubr. generales, De Octauis, ſumanturq; omnia ex die, prout ibidẽ dicitur, §. Officium, &c. Excepto quôd ſi octaua fiat de Sanctis, qui nõ habeant pro illa Lect. proprias aſſignatas, dicantur alternatim priores, & poſteriores, poſitæ pro ſecundo Noct. in eodem communi Sãctorum: Cætera omnia ſummãtur ex die, ſi habeantur propria, alioquin de communi.

7. Poſt gratiarum actionem in prandio Antiphona.

COnfeſſor Dñi Benedicte aſtantẽ plebẽ corrobora ſãcta interceſsione, vt qui vitiorũ põdere premimur, beatitudinis tuæ gratia ſubleuemur, & te duce æterna præmia conſequamur. ℣. Ora pro nobis B. P. N. Benedicte.

℟. Vt digni efficiamur, &c.

Oratio.

INterceſsio nos, quæſumus Domine B. P. N. Benedicti Abbatis commendet, &c.

# FESTA IANVARII.

Die XXIII. Ianuar.

## IN FESTO S. ILDEFONSI

Epiſcopi, & Confeſſ. Duplex. In vtriſq; Veſp. ad Mag. Aña. O Doctor Optime. Oratio. Exaudi quæſumus Dñe, &cæt. de communi. fiat commemor. S. Emerentianæ Virg. Oratio. Indulgentiam, &c.

In I. Noct. lect. Sapientiã, &c. vt in communi.

In II. Noturno. Lectio V.

ILdefonſus Toleti illuſtri genere natus ſacras literas primum ab Eugenio Toletano Antiſtite, deindè ab Iſidoro Hiſpalenſi ſingulari ſapiẽtiæ fænore didicit. Porrò ſanctioris vitæ ſtudio Agalienſe propè Toletũ inuito licet Patre, ingreditur Monaſterium ( Benedictinũ certè commilitium, vt ex monimentis S. Maximi illius ſæculi Cæſar auguſtani Epiſcopi apertè liquet) ibiquè Sanctam Regulam profeſſus eſt. Abbas deindè paulò poſt, tandemquè Archiepiſcopus Toletanus ob eximiũ vitæ candorem, enucleatamquè virtutem inauguratur.

Lectio VI.

REgiminè ſuſceptò gregem ſibi commiſſũ doctrina pariter & exemplo paſcitare ſtuduit. Repullulãtes hæreſes vigilantiſsimè repreſsit: pro indeq; tres Heluidij ſectatores in illibatam Deiparæ virginitatẽ virulentas linguas, diſtringentes verbo & ſcriptis doctiſsime refellit, & à tota Hiſpania viriliter exturbauit. Quapropter Leocadia virgo illum coram populo ſic affatur; Per te ô Ildefonſe viuit Domina mea. Sed & ipſa Deipara( cuius ille dilectione totus penè incanduerat ) flagrantem ſui honoris zelum, & amorem cæleſti dono per ſemetipſam repenſat.

Lectio VII.

CVm enim Ildefõſus ad prèces matutinas Expectationis partus eiuſdem Virginis Eccleſiam noctu pergeret, in ipſoquè templi limine cuncti, qui eũ comitabantur inſolito quodam fulgore territi retrocederẽt, ipſe intrepidus ad arã vſque progreſſus, Deiparã in Epiſcopali cathedra ſedentem, chori ſque virginum circumſeptã ſuſpicit, ac ſupplex adorat. Mater verò clemẽtiſsima cum ſacerdotali veſte cãdida cæleſti opificio cõtexta induens; Accipe (inquit) munuſculũ de manu mea, quod tibi attuli de theſauris Filij mei: Hac veſte mea feſta celebrato.

Lectio VIII.

MVlta ita catholice, ac eruditè ſcripſit, vt ob dicẽdi facundiam Chriſoſtomus, & ob ſolidam fidei conſtantiã, fi-

dei diceretur anchora; Clarus tā dem meritis, ſáčte, ac fæliciter obijt circa annum Domini ſexcenteſimum ſexageſimum ſeptimum, nouem tantū in Epiſcopali munere peractis, ſepultuſque eſt in Baſilica Beatæ Leocadiæ, à qua in generali à Sarracenis Hiſpaniarum occupatione in ciuitatem Zamorenſé translatus, in Eccleſia Beati Petri honorifice quieſcens, magna illius populi religione colitur.

Homilia in Euang. Vos eſtis ſal, &c. Lect. XII. de S. Emerentiana, & in Laud. commemor.

¶ Miſſæ Introitus. Sacerdotes, &c. de comm. Confeſ. Pontific. Epiſtola Iuſtus cor ſuū, &c. De comm. Doctorū, Euangel. Vos eſtis ſal, &c,

---

Die XXVIII.

INFESTO SANCTI Gundiſalui Confeſſ. nō Ponific. dupl. Omnia de cōmuni. Oratio Deus qui nos, &c.

Lect. in I. noct. de ſcript. occur. In II. Beati N. dies, &c. de cō. In III. Homil. in Euāg. Sint lūbi, &c, Lect. XII. de S. Agnete ſecundo, & in veſp. ac laudibus commem. illius.

¶ Miſſæ Introitus. Os iuſti, &c. de communi Confeſſ. nōn Pont.

Eadem die XXVIII.

INFESTO SANCTI Thirſi mart. fiat officium dup. I. claſ. in ſuo tantum Monaſterio, & ibi S. Gondiſal. transferatur. Oratio. Præſta quæſumus Omnipotens Deus, vt qui, &c. In I. Noct. Lect. Fratres debitores, &c. vt in cōmuni plurimorum mart.

Lectio. V.

THirſus cum Bithinia cōmoraretur, Cumbricijque ſæuitiam, qua Cæſareæ Chriſtianos exagitabat, audiſſet, eō profectus crudelitaté illi, & impietatem exprobrauit. Qui oratione Thirſi irritatus, eum primô iubet pugnis cædi, deinde manibus, ac pedibus fortitér alligatis ita vehementêr vtriuque trahi, vt omnium membrorum cōpâge ſoluta, membratim diſcerperetur.

Lectio VI.

HIs pænis cūm Thirſus lætior fieret, in iram verſus iudex iubet eum vinculis eximi varieque affligi. Vnde ſuper lectum quendam ad martyrū carnificinam excogitatum pronus diſtenditur, & liquato plumbo perfunditur: quod cum martyrem lenitér ac ſuperficie tenûs attigiſſet, in circunſtâtes exardeſcés plures eorum interemit.

Lectio VII.

CVmbricio Silbanus ſocius aduerſus Chiſtianos adiūgitur, á quo ferreos pectines, verbera, & alia acerbiſsima paſ-

ſus

ſus, vinculis iniectis Apameam trahitur. Hîc inopîna mors vtrũque iudicem rapuit, corporaq; nec terra ſepelienda ſuſcepiſſet ni Thirſus id ſua oratione impetraſſet.

Lectio VIII.

MOrtuis ſucceſsit Pandus, â quo Thirſus in mare proiectus cũ incolumis euaſiſſet, rurſûs Cæſareã trahitur, flagellatur, beſtijſque obijcitur, â quibus nihil mali paſſus ad Apolôniã ductus in Apollinis templũ diutiſsimẽ verberatur. Demum ferrea ſerra medius iuſſus diuidi, cũ nil lõngo ſpatio ſerra diuideret, Thirſus ſpiritũ Deo reddidit circa annum Dômini ducenteſimum quinquageſimũ tertium ſub perſequutione Decij.

Homil. in Euang. Si quis vult venire pôſt me, &c.

De S. Agnete ſecundô nulla fiat commemoratio.

¶ Miſſæ Introitus Invictute tua &c. de commun. Euangelium. Si quis vult.

Si occurrant dies non impediti Officio duodecim lectionũ, in illis fiat de Infra octaua S. Thirſi in no tantum Monaſterio. Lectiones in primo noct. ſummãtur de Cômuni Triũphalis, &c. Capit. & verſ. in 2. noct. Cibauit illum, &c. prout habetur Feria 2.

# FESTA FEBRVARII.

Die III.

Feſtum S. Blaſij celebretur Duplex. Et in II. Noct. Lectio propria Blaſius, &c. diuiditur in duas, ita vt Lect. V. incipiat â verbo illo: Quo in loco, &c. Duæ aliæ ſummantur de communi. Triumphalis, &c.

In III. Noct. Homil. in Euang. Si quis vult venire, &c.

¶ Miſſæ Introitus: Sacerdotes, &cæt. de communi mart.

Die IIII.

IN FESTO DOMINAE noſtræ ab Egdio Dupl. maius.

Ad Veſperas. Aña.

FVge in AEgyptum, & eſto ibi donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.

Pſalm. Dixit Dominus.

Aña. Habitans in Aegypto Mater Domini ſterilem fecit matrem, matrem filiorum lætantem alleluia. Pſalm. Laudate.

Aña. In medio tui Aegypte domus Dei, & porta cæli, aſcende illûc ad confitendũ nomini Domini. Pſalm. Lætatus ſum.

Aña. In vanum laborauerunt qui quærunt animam pueri, Dominus ædificauit domum ſuam, Dominus cuſtodit eam. Pſalm.

Niſi Dominus ædificau.

Cap. Eſai. 19.

ECce Dominus aſcendet ſuper nubem leuẽ, & ingredietur Aegyptum, & commouebuntur ſimulachra Aegypti â facie eius, & cor Aegypti tabeſcet

in medio eius. ℟. Aue Maria. Hymnus. Aue maris, &c. ℣. Diffuſa, &c.

Ad Magnif. Aña.

Surge, & accipe Puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptũ.

Oratio.

Concede quæſumus omnipotens, & miſericors Deus vt qui paradiſi exules glorioſæ genitricis tuæ Exilij memoriam agimus, intercedentibus eius meritis in patriam cœli perducamur æternam, Qui viuis, & regnas cũ Deo Patre in vnitate, &c.

Fiat cõmemor. S. Blaſij.

Ad Matutinum Inuitatorium.

Aue Maria gratia plena Dominus tecum. Hymnus. Quem terra, &c. In I. Noct. Aña. Propter inimicum, & vltorem qui occidit pueros in Bethlehem exulatpuer Ieſus, Maria, Ioſeph. Pſalm. Domine Dñs noſter.

Aña. Peregrinatur Dominus in tabernaculis Aegypti, qui in ſole poſuit tabernaculum ſuum in Maria Virgine factus homo. Pſalm. Cæli enarrant, &c.

Antiſ. Attolle portas tuas Aegypte, introibit Regina Cæli, introibit Rex gloriæ.

Pſalm. Domini eſt terra.

Aña. Filiæ Aegypti adorabũt te in muneribus vultum tuum deprecabuntur. Pſal. Eructauit.

Aña. Cognoſcent Aegyptij Dominum, & dicent; Dominus virtutum nobiſcũ, nobiſcum Maria mater Dei Iacob. Pſalm. Deus noſter refugium.

Aña. Hic eſt Deus Deus noſter in æternum, Regina noſtra inclyta Virgo, ipſa reget nos in ſæcula. Pſalm. Magnus Dominus. ℣. Specie tua, &c.

Lectio I.

De Apocalypſi. B. Ioannis Apoſtoli. *Cap.* 12.

Et ſignum magnũ apparuit in cęlo: Mulier amicta ſole & luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim, & in vtero habẽs clamabat parturiens, & cruciabatur vt pariat. Et viſum eſt aliud ſignũ in cælo, & eccẽ draco magnus habens capita ſeptem, & cornua decem: & in capitibus eius diademata ſeptẽ, & cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cœli, & miſit eas in terram.

℟. Relinque Maria patrium cælũ, fuge in Aegyptum fuge, vt ſalues theſaurũ tibi creditũ, & gẽs erroribus dedita, quæ nõdum ab animo ſuperſtitionem eiecit, iã hoſpitio recipiat veritatem, Filium dilectionis tuæ, pretium ſalutis noſtræ. ℣. Per diem ſol non vret te, neque luna per noctẽ; pulchra, vt luna, electa vt ſol. Filiũ dilect. &c.

Lectio II.

Et draco ſtetit ante mulierem, quæ erat paritura, vt cum peperiſſet, filium eius deuoraret. Et peperit filiũ maſculũ, qui recturus erat omnes gẽ-

tès in virga ferrea, & raptus eſt filius eius ad Deum, & ad thronũ eius, & mulier fugit in ſolitudinẽ, vbi habebat locum paratum à Deo, vbi paſcant eam diebus mille ducẽtis ſexaginta. ℟. Laborioſũ iter iubetur Maria cõficere propter mirabilem partum Filij ſui primogeniti, & propter ſpirituales dolores pariendi ipſius matris cunctorũ viuentium. Cui in Aegypto multiplex naſcetur Iſaac. ℣. Fructuoſa facta eſt Aegyptus, poſtquã benedicti ventris fructum in ſe recepit. Facta eſt Maria ſanctificatio eius. Cui,&c.

Lectio III.

De Iſaia Propheta. c. 19.

ECce Dominus aſcendet ſuper nubẽ leuem, & ingredietur Aegyptum, & commouebũtur ſimulachra Aegypti à facie eius, & cor Aegypti tabeſcet in medio eius: & concurrere faciã Aegyptios aduerſus Aegyptios: & pugnabit vir contra fratrem ſuum, & vir cõtra amicum ſuum, ciuitas aduerſus ciuitatẽ regnum aduerſus regnum.

℟. Fatigatam ex itinere Mariã, ſalutemus, dicentes; Aue peregrina beatiſsima, peregrinantium conſolatio, exulum patria ſalue. Aue peccatorum refugiũ, & hoſpitium, Miſericordiæ ſacrũ aſylum. ℣. Serui tui ſumus Domina, poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum, & faſciculi myrrhæ, qui inter vbera tua commoratur. Miſericordiæ,&c.

Lectio IIII. *Paulo infra.*

IN die illa erit altare Domini in medio terræ Aegypti, & titulus Domini iuxta terminum eius, erit in ſignũ, & in teſtimonium Deo exercituum in terra Aegypti. Clamabũt enim ad Dominum à facie tribulãtis, & mittet eis Saluatorem, & propugnatorem, qui liberet eos. Et cognoſcetur Dominus ab Aegypto, & cognoſcẽt Aegyptij Dominũ in die illa, & colent eum in hoſtijs, & in muneribus, & vota vouebunt Domino, & ſoluent. ℟. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertũ, & in Aegyptum pergit portans puerum in ſinu ſuo. Cui Angeli ſeruiunt, cuius pulchritudinem ſol, & luna mirantur? ℣. Iſta eſt ſpecioſa inter filias Ieruſalem Virgo glorioſa, & benedicta mater Dei Maria. Cui,&c. Gloria Patri,&c. Cui, &c.

In II. Nocturno.

Aña. Ponet in via greſſus ſuos? oſculamini veſtigia pedũ eius. Pſal. Benedixiſti,&c. Antiph. Trãslata eſt gloria de Iſrael, ecce alienigenæ ſuſcipient eã, & mater Dei habitabit in eis. Pſal. Fundamẽta,&c. Aña. Flos cãpi, & lilium conualliũ aduenit. Gaudete cãpi AEgypti & omnia quæ in eis ſũt. Pſal. Cãtate. Aña. Exultet terra Aegypti à facie Dñi, à facie Mariæ omnis terra.

Pſal. Dominus regnauit. Ana Ingreditur Aegyptum ſalutare Dei noſtri cantate, exultate, & pſallite. Pſa. Cantate ij. Ana. Adorate puerum, & Mariam matrem eius, adorate ſcabellum pedum eius. Pſalm. Dominus regnauit iraſcantur, &c. ℣. Adiuuabit eam Deus.

Lectio V. Doctor. III. Virg.

De expoſitione Ruperti Abbatis in Apocalypſim. Cap. 12.

MVlier amicta ſole ſignũ erat Eccleſiæ totius, cui pars maxima, & optima portio erat Beata Virgo Maria, propter fælicitatẽ vteri proprij; Draconem verô magnum Diabolum ſignificaſſe in prõptu eſt, & ſeptem capita eius illos, qui principales extiterunt in intentione diaboli perdendi puerperiũ Eccleſiæ, præfocãdo verbum Dei. Hæc enim erat nequiſsima cupiditas draconis, vt cum Chriſtũ edidiſſet Eccleſia, pariente Virgine Maria filium eius deuoraret, id eſt, nomen eius de memoria hominum tolleret, vt partus huiuſmodi nulla vtilitas, nullus fructus exiſteret, maximeq; in Herode inſaniebat ſanguineũ caput ℟. Ecce venit Maria cãdidior niue columba portans ramum oliuæ, pacis, & pietatis inſigne, E xpãdite ramos veſtros ligna ſiluarum, benedicite Dominum, & incuruamini ſanctitati eius. ℣. Corruant ſimulachra AEgypti, ſicut idolum Dagon coram arca Domini, E xpandite, &c.

Lectio VI. Doct. IIII. Virg.

De Sermone S. Bernardi. Abbatis Signum Magnum.

COntinuô namque per Herodẽ Draco inſidiatus eſt parienti, vt naſcentẽ excipiẽs filium deuoraret, quôd inimicitię eſſent inter ſemen mulieris, & draconis, ſed luna ſub Mariæ pedibus congruè ſatis ponitur, nam vnicus ille ſtultus, & totius ſtultitiæ princeps, qui verê mutatur vt luna, & ſapientiam perdidit in decore ſuo, ſub Mariæ pedibus conculcatus, & cõtritus miſeram patitur ſeruitutẽ. Nimirũ ipſa eſt quondã â Deo promiſſa mulier, ſerpentis antiqui caput, virtutis pede cõtritura. ℟. Gaude, & lætare Aegypte, quia in medio tui ſanctus Iſrael, gaude & dic in ciuitatibus tuis. V ndê hoc mihi, vt veniat Mater Dñi mei ad me, vt inhabitet gloria in terra mea? ℣. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. V nde, &c.

Lectio VII. Doct. I. Virg.

De Sermone S. Ildefonſi Epiſcopi. Serm. I. de Aſsumptione.

FIde itaque virgo concipiens cum gaudio peperit filium, quem totus non capit orbis, qui palmo cælos tenet, & appendit tribus digitis molem terræ ac pugillo concludit, hũc Virgo ſancta pannis imuoluit, &

in preſepio reclinauit. Ergo qui cuncta paſcit cæleſtia, & terreſtria ſimul & regit, hunc Sacratiſsima Virgo lacte carnis aluit & nutriuit. Ad cuius deinde nutum vniuerſa regũtur, ſub eius diſciplina, vel arbitrio infans Deus verſatur. Et quod mirabilius eſt, defenſor omnium, & creator quaſi profugus in Aegyptum fugit.

℞. Facta eſt Maria quaſi nauis inſtitoris de longe portans panẽ ſuum in terrã AEgypti. Panem qui de cælo deſcendit, & in Betbleem natus eſt.

℣. Venite paruuli comedite panem meum, Panem vitæ, & intellectus. P anem.

Lectio VIII. *Doct. II. Virg.*

De expoſitione S. Anſelmi Epiſ. in Matthæum, *Cap. 2.*

Porrô fugit, & fugit etiam, quia ſcriptum erat. Non occîdes agnum in lacte matris ſuæ, hoc eſt, in infantia Chriſtus non occidetur; ſi enim antê prædicationem ſuam Chriſtus moreretur, aduentus ſuæ incarnationis fruſtraretur. De hac fuga prædixit Eſaias. Ecce nubẽ Dominus aſcendet leuem & ingredietur AEgyptũ, & commouebuntur ſimulacra AEgypti â facie eius. Quod factũ eſt, quia Domino intrante Aegyptũ, idola templorum corruerunt, & cũ ibi latuiſſet ſeptem annis, in quadã ciuitate diutiûs habitauit, quæ vocata eſt Heliôpolis, id eſt, Ciuitas ſolis.

℟. In diebus illis erunt quinq; ciuitates in terra Chanaan iurãtes per Dominum, Ciuitas ſolis vocabitur vna, & fulgebit ſuper eam ſol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter.

℣. Mulier amicta ſole, Maria Ieſum inter brachia geſtans. C iuitas, &c. Gloria Patri, &c. C iuitas, &c.

In III. noct Ad Cant. Añã.

E cce Maria in terra aliena cômoratur, venite cantemus ei cãticũ Domini, Hymnum cantemus ei de canticis Sion.

Cant. Obaudite me diuini fructus, &c. de commu. virg.

℣. Elegit eam Deus, &c.

Sequentia Sancti Euangelij Secundum Matthæum.

Lectio IX. *Cap. 2.*

IN illo tempore apparuit Angelus Domini in ſomnis Ioſeph dicens. Accipe Puerum, & matrem eius & fuge in Aegyptum, & reliqua.

Homilia S. Petri Chriſologi. *Serm. 150.*

SI pietatis eſſe diximus quôd natus eſt Chriſtus, Chriſtus quôd fugiſſe legitur, quid dicemus? Fortè ſicut natũ diximus, vt repararet naturam, dicamus vt fugaces reuocaret, aufugit. Et re vera ſi vt reuocet errantẽ ouem in montibus ipſe errat, quomodô ipſe non fugiet fugientes populos vt reducat.

℟. Germinans germinabit

ſolitudo tua Aegypte, quoniam cæleſtis imber deſcendit in te, qui Virgineũ in vellus placido ſe fudit illapſu. Et tota diuinitatis vnda, quæ bibulo ſe noſtræ carnis celauit in vellere. ℣. Quoniam apud te eſt fons vitæ, apud te fons hortorum Maria. Et tota, &c.

Lectio X. *Serm.* 151.

CHriſtus nos in ſe ſuſcepit, vt ſe daret nobis: pertulit paſsiones noſtras vt noſtras tolleret paſsiones. Hinc eſt, quod Chriſtus fugit, vt noſtras fugas in perſecutionibus temperaret. Martyr comprehenſus debet tenere conſtantiam, non comprehẽſus debet fugere perſequentem, dicente Domino: ſi vos perſecuti fuerint in hac ciuitate, fugite in aliam. Perſecutorem, qui prouocat, facit: corrigit, qui declinat.

℟ In terra Aegypti lactaui te dilecte mi, ibi dedi tibi vbera mea, Ibi incolatus meus prolongatus eſt, donec defuncto Herode, reduxit te in terrã Iſrael.

℣. Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ.

Ibi incolatus, &c.

Lectio XI. *Paulo Poſt.*

FRatres, ſi Paulum martires non fugiſſent, Paulum nõ feciſſent. Hoc faciendum docuit Chriſtus. Hoc nobis reliquit exemplum, vt fugiente Domino, fugere indignum nõ putet ſeruus. Et alia eſt cauſa, quod fugit Chriſtus, quod infans tempus ſuæ diſtulit paſsionis, quod crucem ſupra triceſimum annũ vitæ corporalis aſcendit: vt qui ad vitam perfectum hominem fecerat, perfectam repararet in vitam, & qualem terris dederat talem redderet cælo ℟. Vos dilecti mei, qui paſcitur, inter lilia, Mariam, atque Ioſeph, flores quaſi liliũ dantes odorẽ; Pauper ſum ego, & in laboribus ab infãtia mea, In ſtabulo naſci volens, & in exilio educari, vt exulem hominem in patriã reuocarem. ℣. Aduena ego ſum, & peregrinus in terra Aegypti. In ſtabulo.

Lectio XII.

ET quod ad Aegyptum fugit aliam procedit ad cauſam. Fugit ad Aegyptum, vt perfidiã Iudæorum per fidem Gentium caſtigaret: nã Dominum ſuum quẽ Iudæa fugauerat, Aegyptus obſequentêr accepit. Vt Eccleſiam Sinagogæ. Iudæis gentes anteponendas in fide, ſuam panderet per figurã. ℟. Recordare mater pia, quod Herodis iræ profuga, aduena fuiſti in terra Aegypti. quôd ibi multũ incola fuit anima tua cum latente filio, quẽ peperiſti, Nobis aduenis ſubueni, nobis ſuccurre miſeris. ℣. Ad te clamamus exules filij Euæ, ad te ſuſpiramus. Nobis aduenis, &c. Gloria Patri, &c.

Sequen-

Sequentia S. Euangelij ſecundum Matthæum.

IN illo tempore Apparuit Angelus Domini in ſomnis Ioſeph dicẽs. Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptũ, & eſto ibi vſque dũm dicam tibi. Futurũ eſt enim, vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum. Qui conſurgens accepit puerum, & matrem eius nocte, & ſeceſsit in Aegyptum. Et erat ibi vſque ad obitum Herodis, vt adimpleretur, quod dictum eſt â Domino per Prophetam dicentem. Ex Aegypto vocaui filium meum.

AD LAVDES.

& per Horas. Aña.

COnſurgẽns Maria nocte accepit puerum, & fugit in Aegyptum.

Aña. Maria Ieſũ deuehit, aurora ſolem veluti, vt gentem roret [illegible] dam, vt cæcam ſol illuminet.

Aña. Mariam matrem Domini, Herodis iræ profugam, corde ſequamur ſeruuli, oris laudemus iubilo.

Aña. Benedicite ſacerdotes Domini Domino, benedicite ſerui Mariæ Domino.

Aña. Laudate matrem pueri, [illegible] uit, matris Dominum.

[illegible]

Capit. Eccè Dominus, &c.

in veſp. ℟. Auè Maria, &c.

Hymnus. O glorioſa Dña, &c.

℣. Benedicta tu in mulieribus

Ad Bened. Aña. Conſurgẽs Ioſeph accepit puerum, & matrem eius nocte, & ſeceſsit in Aegyptũ

✠ Ad Tertiã Cap. Ecce Dominus, &c. ℣. ſpecie tua.

✠ Ad Sextam Cap. Et ſic in ſion, &c. ℣. Adiuuabit eã, &c.

✠ Ad Nonam Cap. In plateis, &c. ℣. Elegit eam.

In ſecundis veſp. omnia vt in primis.

Ad Magnif. Aña. Surge, & accipe puerũ, & matrẽ eius, & vade in terrã Iſrael, defuncti ſunt enim, qui quærebant animam pueri.

¶ Miſſa Salue, &c. votiua præter primam Orationem, & Euang. quæ dicuntur vt ſuprã.

¶ MISSAE SEPTEM

diebus ſeptem ſucceſsiuè dicẽdæ in honorẽ Virginis ab exilio.

✠ Prima eſt de Conceptione B. Mariæ cum cõmemor. Epiphaniæ, & Oratione, D eũs, qui iuſtificas impium, &c. & in fine additur, Et famulos tuos, &c.

✠ Secunda de Natiuitate Beatæ Mariæ, cum prædictis comemorationibus:

✠ Tertia de Natiuitate Chriſti Domini. Puer natus eſt, &c. cũ cõmemorat. B. Mariæ, C õcede nos famulos tuos, &c. & commemor-

memor. Epiphaniæ & Oratione Deus qui iuſtificas,&c. vt ſuprà.

✠ Quarta de Purificatione B. Mariæ, cum commemorationibus, vt in prima Miſſa.

✠ Quinta de Inuentione Crucis, cum com. B. Mariæ Cōcede nos famulos tuos, &c. & Epiphaniæ, & Oratione Deus qui iuſtificas,&c. vt ſuprà.

✠ Sexta de Aſcēſione Domini, cum prędictis commemor. Beatæ Mariæ, & Epiphaniæ,& Oratione Deus qui iuſtificas,&c.

✠ Septima de Aſſumptione B. Mariæ, cum commem. Epiphaniæ, & Oratione Deus qui iuſtificas,&c.

¶ In omnibus his Miſsis dicitur. Glória,&c. & Credo,&c.

---

# FESTA MARTII,
## Dié I.

IN FESTO SANCTI Rudeſindi Epiſcopi dup. Orat. Exaudi,&c. de communi. Lectiones in 1. Noct. (ſi occurrat in Quadrageſima) Fidelis ſermo,&c. alioquin de Script. currente.

Lectio V.

Rudeſindus ex Ilduâra, & Guterrio Comite Alfonſi Magni cōſanguineo,in Diœceſi Portugallēſi ad radices montis Corduba dicti præuio futuræ ſāctitatis vaticînio natus eſt. Cū enim Ilduâra prolis gratia, multis ac largis in pauperes eleemoſynis, orationibus, ac lachrimis vacaret, ab Angelo præmônita eſt, ſe concepturam filium, qui apud Deum magni foret meriti nec non apud homines multis titulis inſignis.

Lectio VI.

Natus igitur Rudeſindus ſacris literis,ſāctiſq; moribus ab ipſa pueritia imbûtus in virum Apoſtolicum breui admodum creuit. Quapropter ſuffragrātibus vitę meritis, Dumienſis creatur Epiſcopus. Nec deſunt qui certum putent, eū decimo octauo ætatis anno ad Pōtificium euolaſſe, ætate nempe ſenectutis vitam immaculatam ſubrogante: aſſumptus deindê, (vt aliqui volūt) ad Epiſcopatū Mindoniēſem tandêquê ad Cōpoſtelânū maiori indies fructu populo præerat Chriſtiano.

Lectio VII.

Inſigne interim cænobium Cellanoua nuncupatum cōſtruxit: in quo abdicatis iam Pontificijs infulis curiſque, plures ſub monaſtica diſciplina pe[illegible] egit annos, Abbatis etiâm munere functus. Miraculis deinde cæpit clareſcere, Angelorūque delicijs perfrui. Cum enim aliquandò Senorinā cōſanguneā ſuā inuiſeret, mortuos duos ſuſcitauit. Prætereâ iter agens, hora ipſa qua in cænobio ſ[illegible] Miſſā celebrari mos erat, initū illius officium ab introitu vſq; ad finem canētes Angelos audiuit, flexis

flexis interea genibus ſubſiſtēs, maritatur, propoſitò, ac deſide-

(left column begins)

### Lectio VIII.

SAcrum deuotiſsime faciebat quod vt ſecretiùs faceret atq; ſerenius, ſacellū in horto Archangelo Michaeli dicâtum cōſtruxit, recedenteque aliquādo miniſtro, Angelos illi reſpōdiſſe traditio eſt. Septuagenari⁹ denique anno ſalutis nongenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, Calendis Martij migrauit ad Dominum choris Angelorum comitatus, Hymnū Te Deum laudamus, Beata Senorina audiēte, dulcitêr concinentium. Multis tandem miraculis poſt obitum coruſcante Cœleſtinus I I I. Sanctorum albo adſcripſit.

Homil. in Euang. Homo quidā ¶ Miſſæ Introitus Sacerdotes tui,&c. Euangel. Homo quidā.

## Die IX.

## IN FESTO S. FRANCISCAE Romanæ dupl.

Omnia ſumantur de Cōmuni non Virginum Oratio. Exaudi. &c. Lect. I. Noct. Mulierem fortem. Lectio. V.

FRanciſca Rōmana nobilibus parentibus Paulo, & Iacobella Romæ nata, ab infātia puritatis fuit amātiſsima,& chriſtianæ pietatis officijs dedita. Cū ad annos nubiles perueniſſet Laurentio de Poncianis ciui quoque Romano, ac pari nobilitate conſpicuo, â parentibus maritatur, propoſitò, ac deſiderio ipſius reluctante. Coniugata iam, pænitētiæ & mortificationis operibus intenta, ſemel & iterum in grauem morbum incidit, cumque deſperata ſalute morbus ingraueſceret, nocte quadā B. Alexius eam vigilantē inuiſit, blandeque conſolatus, ſanitati priſtinæ, reſtituit.

### Lectio VI.

FEruentius inde ſeptem decim annos agens Deo ſeruire cæpit, & charitatis opera erga proximos exercere, viciſſimque Deus eam ſpecialibus fauoribus proſequi; illi quippê Angelum ſub ſpecioſi forma pueri, ipſiq; viſibilis in ſocium dedit: Vnde imagines illius cum Angelo â dextris depingi ſolēt. Officium Beatæ Virginis deuotiſsimè quotidiê recitabat: cūq; inter illud recitandum â marito pluries fuiſſet vocata,& antiphonā quā quater incæperat, finire non poſſet, rediens tandē ad officium perſoluendum, antiphonam aureis literis exaratā inuenit.

### Lectio VII.

PLures ergo nobiles Romamanæ verbo, & exemplo Franciſcæ mūdi vana relinquētes, in Monaſterio Turris ſpeculorum Congregationis Oliuetanæ ab illa extructo ſub Sancti Patris Benedicti regula, ſe Deo cōſecrarunt. Intereâ ma-

ritô è viuis ſublatô: ad ianuam prædicti Monaſterij ipſa perrexit & cũ laqueo ad collum humique proſtrata, moniales cum lachrimis precabatur, vt eam licet peccatricem in ſui conſortiũ recipèrent. Illæ vero eam tamquàm matrem amplexantes ſuperiôris ſtatim munus, inuitam ſuſcipere côegerunt, quod ſanctiſsimê peregit, & miraculis illuſtrauit.

Lectio VIII.

PAucos enim panes ſuperabundanter aliquãdo multiplicauit: & iterùm cùm aqua monialibus ſitientibus deeſſet, Confidite (inquit) filiæ, Dominus prouidebit, & ecce ilicô vitis racemis plena apparuit, quibus illæ ſitim ſedarunt. Agẽs igitur ætatis ſuæ annum quinquageſimum ſextum febri correpta, diem obitus ſui ſpeciali reuelatione prænoſcens, Sacramẽtis Eccleſiæ deuotiſsimê ſuſceptis obdormiuit in Dominô nonô die menſis Martij, anno Salutis milleſimô, quadringẽteſimo, quadrageſimo. Eius corpus tribus ferê diebus inſepultum manẽs roſarum inſtar olebat. His denique, & alijs miraculis claram Paulus V. in Sanctorum numerum retulit, anno milleſimo ſexcenteſimo octauo, decimô nono menſis Maij.

Homilia. Simile eſt regnum Cælorum theſauro, &c.

In ſecundis vesp. fiat com-

Quadraginta martyrum.

¶ Miſſæ Introitus. Cognoui, &c. de comm. Epiſtola Chariſſime. Viduas, &c.

Die XX.

IN FESTO S. MARTI-
ni Archiepiſcop. Brachařſis dup.

Orat. Da quæſumus &c. de cõ. Lect. in I. Noct. Fidelis ſermo, &c. ¶ Miſſæ Introitus Sacerdotes tui, &c. Euãg. Homo quidam, &c. Lectio V.

CVm quidam Ariani dogmatis ſectator ex finibus Galatiæ oriundus Aiax nomine, circa annum Domini quadringẽteſimum ſexageſimum ſextum in Hiſpaniam tranſiens, vniuerſam Sueuorum gẽtem Galleciæ atque Portugalliæ dominantem Ariana labe polluiſſet. Martinus (vt ipſe inquit) Pannonijs genitus tranſcendens æquora vaſta, circa annum Domini quingenteſimum ſexageſimum regnante Theodomiro, Galleciam appulit.

Lectio VI.

VBi pro virili Arianam impietatem oppugnans, ſermone potens, & opere: Theodomiro Regi Sueuorumq; regno centenaria ferê Arianæ hæreſis cæcitate capto, ſinceræ fidei lumina gloriosê reſtituit. Vndê Galleciæ, & Portugalliæ noſtræ Apoſtoli titulo meritò decoratur. Primus in Galleciam monachos, Sanctamque Regulam inue-

inuexit Monaſteria plura conſtruxit, & inter alia propè Bracaram Dumienſe, quod diu perſtitit Epiſcopali quoque titulo inſignitum.

Lectio VII.

PRimus ad huiuſce Sedis Epiſcopatum Martinus euehitur. Vndè in primo Concilio Bracharenſi Priſcilianam hæreſim damnans Dumienſis adhûc præſul ſubſcribit. Bracharenſis poſteâ creatus Antiſtes ſecundo eiuſdem Eccleſiæ præfuit Cõcilio, pluraque ad Eccleſiaſticã diſciplinam tuendam decreuit. Scripſit nonnulla ſapientiæ ſuæ monimenta, quæ Beatus Iſidorus ſe legiſſe teſtatur, pluresque Orientalium ſynodorum Canones ex Græco in Latinum trãſtulit.

Lectio VIII.

DOctrina tandem ac vitæ ſanctitate præclarus poſt annũ Domini quingenteſimum octogeſimum, duodecimo Calendas Aprilis in ſenectute bona migrauit ad Chriſtum. Longo verô poſt tempore, anno, nẽpê milleſimo quingẽteſimo nonageſimo primo, in Dumienſi Eccleſia ſacra eius pignora ſunt inuenta, & in Cathedralem Bracharenſem ſub Auguſtino præſule, Abbatum noſtrorum quatuor, Põtificalibus inſignijs thẽſam humeris geſtantium, ſolẽni admodũ põpa fuere trãſlata. Homil. in Euãg. Vigilitate, &c. ¶ Miſſæ Introitus Statuit ei, &c. Epiſtola Teſtificor, &c. de com. Doctorum. Euangelium, Vigilate, de com. conf. Pontif.

Die XXI.

IN FESTO S. P. N. Benedicti.

¶ Miſſa (vt infrà Iulij 18.) In ſecund. veſp. fiat cõmem. S. Ioachimi Confeſſ.

Die XXII.

Celebretur feſtum S. Ioachim tranſlati â die xx. (vt in Breuiario.)

# FESTA APRILIS.

Die XVI.

IN FESTO S. FRVCTVOSI Epiſcopi Brachar. dupl. Oratio, Da quæſumus, &c. Lect. in I. Noct. Fidelis ſermo, &c. niſi occurrat initium aliquod ſcrip.

Lectio V.

FRuctuoſus vir ſanctiſsimus inter Legionis montana, & Galleciam in confinio Vergidẽſi ex regia Gothorum proſapia natus, poſt parentum obitum â Tonancio Pallantiæ præſule ſalutaribus diſciplinis imbut' Monaſticum habitũ ſuſcepit, cænobiumque Complutenſe ſub mõte Irago conſtruxit, in quo cum Monachorum agmine ſtrenuè Deo militabat. Inde tamen ſecretioris vitæ ſtudio in præruptas rupes, ac ferê inacceſſas

ſe ſe recipiens, Monaſterij Sancti Petri de Montibus prima fundamina iecit.

Lectio VI.

Solitudinis, ſilentij, ac orationis fuit amantiſsimus, quapropter deſerta frequẽtabat loca, vt ſolo Deo inſpectore pœnitẽtiæ vacaret operibus, nudis ſæpê pedibus incedens ac pelle indutus. Nec facilê aliquãdo poſſet inueniri, ni monedulæ quædam crebro deſuper frigulãtes, eo quaſi ſigno virum Dei in abditis deſerti latitantem indicarent. Plura per totã ferè Hiſpaniam Monaſteria erexit; mirabilis enim tũnc temporis, Fructuoſi ſanctitate, & exemplo alliciente, mundi contẽptus erat, ac religionis ardor.

Lectio VII.

Vndê Regi aliquando conſultum fuiſſe fertur, monaſticæ vitæ ſtudiũ Fructuoſique zelum moderari oportere, ne deeſſent qui arma caperent, & neceſſaria Reipublicæ munia obirent. Fæminæ quóque ad illius magiſterium confluebant. Creatur tandê Dumienſis Epiſcopus, & á Concilio Toletano decimo Bracharenſis, nihil tamen de monaſticæ vitæ rigore ſubtrahens, paucis tantúm poſt triennium menſibus Archipræſulem egit.

Lectio VIII.

Vltimum intereá Monaſteriũ ſui corporis ſepulchrũ in Monticeli cacumine propê Bracaram condidit: cuius ſtructuram die noctuque, lucernæ etiam luce vrgebat, quippe qui obitum ſuũ inſtare prænouerat. Monaſterio ſtructo in febrim incidẽs ad Eccleſiam ſe deportari iubet, tranſactoque vnius diei ac noctis ſpatio, quo pronus coram altari iacuit, ſurgente aurora, auream ſuſcepturus expirauit, circa Annum Domini ſexcenteſimum quinquageſimum nonum: Poſt milleſimum verô Compoſtellam transfertur.

Homil. in Euang. Vigilate, &c.

¶ Miſſæ Introitus, Statuit ei, &c. de Com. cum cæteris, Euang. Vigilate.

Die XXII.

## IN FESTO S. SENORINAE

Virg. dup. Oratio. Exaudi, &c. Sotet & Caius transferantur in prim. diem non impeditum.

Lect. in I. Noct. De Virginibus, &c. niſi occurrat aliquod initium Scrip.

Lectio V.

Senorina virgó in Bracharẽſi Diæcẽſi Patre Adulfo Comite Vieiræ (á cuius auo Illuſtris Souſarum familia originẽ ducit) & Matre Tharaſia nobili fæmina orta, præclaro initio vitæ ſuæ primordia conſecrauit. Cum enim adhúc eſſet puella, pijs iam operibus dedita cuiuſdam conſanguinei Legis nuptias contempſit, vt ſub regula S. Patris Benedicti, regimine,

que

que Godinæ Abbatiſſæ (cui poſteâ ſucceſsit) Regem regum Chriſtum Dominum ſponſum duceret.

Lectio VI.

SAcro itaque redimita velô, ita feruidê per viam, quæ ducit ad vitam cœlum anhêlans pergebat, vt mirabilis ſané fuerit eius vitæ rigor & auſteritas: aſsidua enim lectione, & oratione menté reficiens, iugi cilicio carnem frænabat, quotidianiſque verberibus quandiu Pſalmi Pænitentiales recitari poſſent vrgebat. In quadrageſima ter tantûm per hebdomadam (vt mos erat Patri Benedicto, atque Mauro) cibo ſe refocillabat.

Lectio VII.

REliquô anni ciclô ferijs quarta, & ſexta, pane tantûm & aqua victitare aliquandiû conſueuit, poſteâ verô diebus ſingulis addito etiam ſalis, ac cineris inſuaui condimento. Inter hæc miraculis claruit, nã ſemel, ac iterûm aquam ſigno Crucis in vinum conuertit, areamque cænobij ſui fruméto plenam ab inundatione pluuiæ ſeruauit illæſam; dum enim circumquaque plueret, aeris tractũ illic ſuperfuſum precatio Senorinæ ſerenauit.

Lectio VIII.

CVm præterea â Mona ſterio Vieiræ ad Baſtenſe cũ monialibus commigraret, & in loco Carrazedo nuncupato, ranæ coaxantes attentæ Diuini Officij recitationi obſonarent, né interpellarent opus Dei illis imperauit. Ad cuius vocem gârrula multitudo illicô obmutuit, nec deinceps ibi amplius comparuit. His itaque, & alijs clara, obitus ſui die præcognito, auditaque voce, Veni electa mea, quia concupiuit Rex ſpeciem tuam, obdormiuit in Domino decimo Calendas Maij, anno nongenteſimo octogeſimo ſecundo, ætatis ſuæ quinquageſimo octauo.

Homil. in Euang. Simile. eſt regnum Cælorum decẽ, &c. ¶ Miſſæ Introitus, Dilexiſti, &c. cum reliquis de cõm. Pro Virgine tantum.

# FESTA IVNII.

Die XIII.

IN FESTO S. ANTONII de Padua dupl. ex indulto S. D. N. Vrbani VIII. in toto Regno Luſitaniæ cum Officio (vt infrà) & Octauis celebrando.

Ad veſp. Añ. Sapiẽtia, &c. vt in laud. Pſalmi de Dñica Dixit Dominus, &c.

Capit. Eccle. 50.

QVaſi ſtella matutina in medio nebulæ, & quaſi Iunâ plena in diebus ſuis lucet, & quaſi ſol effulgens, ſic ille effulſit in domo Dei.

℟. Os iuſti,&c.

Hymnus.

QVid Luſitanos deſerens
Migras ad Afros ? Laureã
Rubram petis, ſed candida
Debetur innocentiæ.
Alio furentes auferent
Venti : beabis Italos,
Tumulo fruentur exteri
Patauinus hinc vocaberis.
At hnc Beatis additus
Patriæ ſepulchrum præferas,
Quæ ſidus ora protulit
Hæc prima vires ſentiat,
Quin tu benigno lumine
Populos vtroſque ſoſpitas
Ex æquo vtroſque amplecteris:
Par es fouendis omnibus.
Præſta pater pijſsime,&c.

℣. Amauit eum Dominus.

Ad Magnif. Aña.

O lingua benedicta, quæ Dominum ſemper benedixiſti, & alios benedicere docuiſti, nunc perſpicuè cernitur quanti meriti fueris apud Deum.

Oratio.

ECcleſiam tuam Deus Beati Antonij confeſſoris tui ſolemnitas votiua lætificet, vt ſpiritualibus ſemper muniatur auxilijs, & gaudijs perfrui mereatur æternis. Per Dominum.

Ad Matut. Inuitator.

Regem Dominum in confeſſione Beati Antonij: Venite adoremus.

Hymnus. Quid Luſitanos,&c. (vt ſuprà.)

Cætera de cõmuni Doctorum præter lectiones II. Noct. quæ habentur in proprio. In III. noct.lect. de Homilia Võs eſtis ſal terræ. ✱ Ad Laudes.

Aña. SApientiam eius narrent populi, & laudẽ eius nunciet Eccleſia.

Pſalm. Dñs regnauit,&c.

Aña. Similem illum fecit in gloria Sanctorum, & in verbis ſuis monſtra placauit.

Aña. Dedit illi in præceptis ſuis poteſtatem, & in lege ſua lucem dare Iſrael.

Aña. Surrexit quaſi ignis, & verbum ipſius quaſi facula ardebat.

Aña. Directus eſt diuinitus in pænitentiam gentis, & tulit abominationes impietatis.

Capitul. Quaſi ſtella,&c.

Hymnus.

LAeti ſodales plaudite
Diem refert Antonius
Cæli decus, flos ſiderum,
Ipſoque ſole pulchrior ?
Hic ille, qui facunda
Vrbes remiſcens, ſaxeos
Vertit parentes, cærea
In filiorum pectora.
Hic ille, quem natantium
Cohors, theatro ſcanſili
Ficto per vndas, audit,
Mortalibus prudentior
En iure lingua nobilis
Extincta viuis, rerida,
Priſca rubens in purpura;
Deum ſilendo prædicas.

Deo

Deo Patri ſit gloria, &c.
℣. Iuſtum deduxit, &c.

Ad Benedictus. Aña.

Fauus diſtillans labia eius, mel, & lac ſub lingua eius.

Ad tertiam cap. Quaſi ſtel.

Ad Sextam Capitul.

¶ Quaſi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quaſi flos roſarum in diebus vernis, & quaſi lilia quæ ſunt in traſitu aquæ, & quaſi thus redolens in diebus æſtatis.

Ad Nonam Capitul.

¶ Quaſi vas auri ſolidum ornatum omni lapide pretioſo, quaſi oliua pullulans, & cypreſſus in altitudinem ſe extollens.

In ſecundis veſp. Omnia vt in primis. ℣. Iuſtũ deduxit, &c. Deinde fit commemor. S. Baſilij. O doctor optime, &c.

Die XV. Iunij.

TERTIA DIE

Infra Oct. S. Antonij.

Inuitat. Cap. Hym. Aña Ad Bened. & Magn. Ad Veſp. Laud. & Oratio, vt in die In I. Noctur. Aña. Beatus vir, &c. de cõm.

Lectio I.

Sermo S. Gregorij Nazianzeni.

Alij aliud quidpiam recte, & cum laude faciunt, non nulli etiâm ex pluribus virtutis generibus quædam aſſequuntur. Nemo autem eſt, qui omnia ad ſummum abſoluerit, eorũ duntaxat, quos nos cognoſcimus: verûm is apud nos præſtantiſſimus habetur, qui vel plura complexus fuerit, vel vnius numeros omnes expleuerit, Sed Antonius omnium virtutum genera peragrauit.

Lectio II.

Eſt qui paupertatem laudet, vitamq; ſimplicem, & ſuperuacaneis rebus carentem. Illi verô quid vnquàm fuit præter corpus, ac neceſſaria carnis integumenta? Diuitiæ autem illi erant nihil habere, & crux, quam tota vita familiarem habebat, multiſq; pecunijs excellentiorem ſibi eſſe exiſtimabat.

Lectio III.

Præclara res eſt continentia, & paruo contentum viuere, nec â voluptatibus ſuperari, nec ventri tanquàm truculento Domino parere. Quis vnquam tenuiori, ac pauciori cibo vſus, pene etiam dicam, perinde carnis expens? Nâm ventris ingluiuem ad eos abiecerat, qui ab hominum natura ad brutorum naturam magis degenerarunt.

In 2 Noct. Aña. Beatus iſte Sanctus, &c. de communi.

Capit.

Iuſtus corſuum, &c. ℣. Iuſtus germinabit, &c. prout habetur Feria 2. In fine 2. Noctur.

In Laud. Cõmemor. Viti, & Modeſta martyrum.

Die XVI. Iunij.

QVARTA DIE.

Intra Oct. S. Antonij.

In I. Noct. Aña. Inuocantem, &c. de communi.

Lectio I.

De Sermone S. Gregorij. Nazianzeni.

SI quæ vnquàm fuit, vel futura eſt bucina in aerem quam latiſsime penetrans, aut vox Dei totum orbem complectens, aut vniuerſæ terræ motus, nouo quodam, & mirando modo exortus, hæc omnia vocem Antonij, ac mentem fuiſse exiſtimo, tanto omnes ſuperantem, ac poſt ſe relinquentem, quanto nos brutis animantibus ſuperiores ſumus.

Lectio II.

QVis ſe ipſum magis Spiritui purgauit, atq; ita præparauit, vt dignus eſset qui oracula diuina explicaret? Quis rurſus ſcientiæ luce vberiùs col luſtratus eſt, & profunda Spiritus proſpexit, ac cum Deo, quæ ſunt Dei perquiſiuit?

Lectio III.

QVis porro dictionem habuit animæ ſenſa melius interpretantem, ita vt neutro (multorum inſtar) claudicaret, nempè vel mente ſermonis experte, vel ſermone mentis inope, verùm parem in vtroq; gloriam obtineret, parq; ipſe ſibi haud dubie eſset, vereq; integer, atque abſolutus.

In 2. Noct. Aña. Lætentur omnes, &c. de commun. Capit. vt ſuprà Iuſtus cor ſuum, &c.

Die XVII. Iunij.

QVINTA DIE

Intra Oct. S. Ant.

In I. Noct. Aña. Domine Dominus Noſter, &c. de communi.

Lectio I.

De Sermone S. Gregòrij Nazianzeni.

SPiritum quidem Sanctũ omnia ſcrutari etiàm profunda Dei Scriptura teſtatur, non vt ignorantem, ſed vt contemplatione maiorem in modũ ſeſe oblectantẽ. At Antonius omnia quæ Spiritus ſunt inueſtigauit, ex eoq; mores omnes erudiuit, ac ſublimiter loqui docuit, hominumq; animos â præſentibus rebus diſtractos ad futura traduxit.

Lectio II.

LAudatur apud Dauidem ſolis pulchritudo, & magnitudo, & curſus, & pernicitas, & vis, ac facultas: quippequi ſponſum nitore, gigantem magnitudine referat, ac lomge, lateq; progrediendo tantam vim habet, vt ab extremis æqualibiter extrema colluſtret, nec locorũ interuallis calor ipſius vllo modo diminuatur.

Lectio III.

ANtonio itidem pro pulchritudine virtus fuit, pro

nitudine Theologia, pró curſu perpetua virtutis agitatio, continuiſq; incremẽtorum gradibus ad Deum ferens, pro viribus denique doctrinæ ſemen ac diſtributio.

In 2. Noct. Aña. Iuſtus Dominus, &c. de communi. Capit. vt ſuprà.

In ij. Veſp. fiat Cõmemor. Marci & Marcel. martyrum.

Die XVIII. Iunij.

SEXTA DIE.

Infra Oct. S. Antonij.

In I. Noct. Aña. Domine iſte Sanctus, &c. de communi.

Lectio I.

De Sermone S. Gregorij Nazianzeni.

AGe igitur cum multi viri, tûm in veteri, tûm in nouo teſtamento pietate illuſtres extiterint, legiſlatores, militares duces, Prophetæ, Doctores, fortes vſque ad ſanguinis profuſionem, cum illis Antonium noſtrum conferamus, vt hic qualis fuerit perſpiciamus.

Lectio II.

ENos primus ſpe ad Dominum inuocandũ adductus eſt: hic autem non ſolùm inuocauit, ſed quod inuocatione multi præſtantius eſt, alijs quoque promulgauit. Enoch tranſlatus eſt, pietatis præmium hac tranſlatione conſecutus, vitæq; ſequentis periculũ effûgit. Antonij autem vita nihil aliud quã translatio erat: quippè qui perfecte in vita perfecta probatus, & exploratus fuerit.

Lectio III.

MAgnus Abraham, & Patriarcha, & noui ſacrificij ſacrificator, eum quem ex promiſsione acceperat benificij auctori offerens, victimam paratam, & alacrem, atq; ad cædem properantẽ. Atq; nec parua Antonij noſtri laus eſt, qui ſeipſum Deo obtulit, nec quicquam in eius locum tanquã ipſi par (quid nam enim illud eſset) ſubſtitutum eſt, ſed plene perfecteque litatum. Iſaac etiam antequâm in lucem ederetur promiſsus eſt, hic autem ſeipſum promiſit.

In 2. Noct. Aña. Vitam petijt à te, &c. de cõm. Capit. vt ſuprà.

In laud. Cõmemor. SS. Marci, & Marcel. martyr.

¶ In Veſp. Comem. SS. Geruaſij, & Protaſij martyr.

Die XIX. Iunij.

SEPTIMA DIE.

Infra Oct. S. Ant.

In I. Noct. Aña. Hic accipiet, &c. de communi.

Lectio I.

De Sermone S. Gregorij Nazianzeni.

IAm verò Iacob Scalam, & columnam eam laudo, quã Deo vnxit, eius præterea colluctationem, quæcunque tandem illa erat. At Antonij quo-

que non conſpectam tantum, ſed & trânſitam, & quotidianis virtutum gradibus cônſcenſam ſcalam laudo, & columnam Deo non quidem vnxit, ſed erexit, impiorum dogmata ad infamiæ ſempiternæ notâ inuſta habentem: dimicationemq; eam, quâ non aduerſus Deum, ſed pro Deo ſuſcepit, hereticorum doctrinam profligantem.

Lectio II.

IOſeph diſpenſator fuit, ſed AEgypti ſolius, nec id ſæpius, nec niſi corporeo modo. At Antonius, & omnium, & ſemper, & ſpirituali modo, quod quidem illa frumenti erogatione, mea quidem ſententia, longe excellentius, atq; auguſtius cenſendum eſt. Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius. Vtriuſque horû æmulus fuit Antonius, gentem hæreticam non corporeis, ſed ſpiritualibus & rationalibus plagis excrucians.

Lectio III.

DAuid inter Reges magni nominis, cuius præcipuû decus, & ornamentum eſt clementia, & ante regiam dignitatem vis citharæ mali Spiritus incantatrix. Salamonq; eô ſapientiæ progreſſus eſt, vt omnes ſuæ ætatis nominis celebritate ſuperaret. Antonius autem, nec illi clementiæ, nec huic ſapientiæ laude quicquam, aut certe minimû concedit: adeô vt dæmonum quoq; furorem emolliret.

In 2. Noct. Añæ. Cognouit eû, &c. de communi. Cap vt ſuprâ. In Laudab. côm. SS. Geruaſ. & Protaſ. martyr.

Die XX. Iunij.

## OCTAVA S. ANTONII.

Duplex.

Omnia fiant vt in Feſto prætre lectiones 2. noct. & in primo ponatur aliquod Initium Scripturæ, ſi fortè occurrat. alias de communi Doctorum. In Veſp. & laud. Commem. S. Silucrij P. & martyr.

Lectio V.

De Sermone S. Gregorij Nazianzeni.

TRanſeo nunc ad nouum teſtamentum, ac cû præclariſsimis illius viris, vitæ ipſius rationem conferens ex magiſtris diſcipulû honorabo. Quis præcurſor Ieſu? Ioannes, vt vox ſermonis, & vt lychnus luminis, ante quem, & in ventrê exilijt, & ad inferos per Herodis furorem tranſmiſsus eſt, vt illic quoque mox venturû prædicaret.

Lectio VI.

QVod ſi cui durior, atq; audacior hæc forte videatur oratio, illud prius cogitet, me in hac côparatione non id agere vt eorum qui ê mulieribus naſcuntur maximo, Antonium vel anteponam, vel exæquem, ſed

vt æmulatorem eius fuiſſe oſtendã atq; ex eius forma, & characterc nonnihil circumtuliſse.

Lectio VII.

AN non enim Philoſophiæ illius imaginem perſpicuê in ſe ipſo expreſsit? Ipſe quoquê in deſerto habitauit, ipſe quoquê aſpera veſte tectus eſt, ipſe quoquê dignus eſt habitus, qui Chriſti præco fieret, & ſi non præcurſor: atq; ad eum egrediebantur non ſolûm omnis vicina regio, ſed etiâm externa, & longê diſſita.

Lectio VIII.

PEtri Zelum, Pauli contentionem, & acrimoniã prædicationis imitatus eſt, filiorum Zebedæi grandiloquentiã, diſcipulorum omnium frugalitatẽ, & ſuper fluarum rerum cõtemptum, filiuſq; tonitrui non quidem nominatur, ſed efficitur: atq; ad Ieſu pectus iacens, illinc vim dicendi, & profunda animi ſenſa tulit. Nâm Stephanus fieri, quãquam ad id parató eſſet animo, prohibitus eſt.

In 3. Noct. Lectio 12. de S. Silueriô, vtrâque ipſius in vnam contracta.

Reliqua ad omnes Horas vt in die.

---

FESTA IVLII.

Dominica III.

Fiat officiũ S. ANGELI CVSTODIS Regni ſecundum cõſuetudinem illius, dup. maius prout habetur in Breuiario ex conceſsione S.P.N. Pauli V. pro Cuſtode ſingulari cuiuſque.

¶ Miſſa votiua de Angelis Benedicite, &c. Euangel. vt in Dedicatione S. Michaelis.

Die IIII.

IN FESTO S. ELISABETH Reginæ Portug. nec Virg. nec mart. dup.

Oratio.

OMnipótens ſempitérnẽ Deus quĩ Beatam Eliſabeth de terreſtri regni culmine translatam in cœleſti tuó regnó gloria ſublimaſti, eius meritis & interceſsione fac nós quæſumus ad eandem gloriam peruenire. Per Dominum, &c.

Fiat cõmem. de octaua Apoſtolorum. lect. in prim. Noct. Mulierẽm fortem, &c. Niſi occurrat aliquod initium Scrip.

Lectio V.

ELiſabeth Petri Aragoniæ Regis, & Conſtantiæ filia, â primæuó ætatis ſuæ tyrocinió orationibus, iejunijs, omniſque pietatis ſtudi[illegible] ita præluſit, vt â futura iam, ac prædeſtinata ſanctitate haud leues ſcintillæ proſilirent. Dionyſio Luſitaniæ Regi maritata, licet adhuc adoleſcentula vitæ rationem ſanctiſſimê inſtituit, á qua gliſcente in dies ſpiritu nullatenûs vnquam defecit.

Lectio VI.

SAcris deuotiſsimè intererat, deuotiſsime pariter horas canonicas, ac Deiparæ recitabat. Abſtinétiæ ſtudioſa, ferijs ſextis ac ſabbatis, Virginis matris, Apoſtolorũq; vigilijs ſimplici pani, & aquę nihil prorſũs addebat obſonij. Præter Aduentũ, & cõmunẽ quadrageſimã, duplici alia votiua carnẽ domabat. In Cæna Dñi duodecim fęminarũ lauabat, & oſculabatur pedes, vnũq; illarũ cancro ſanioſo iã fere exeſũ, pia lotione, oſculoq; infixo ſanauit.

Lectio VII.

REgia planè erga pauperes, locaque ſacra munificẽtia ac effuſa benignitate floruit. Vnde inter alia, quæ pietatis monimenta conſtruxit inſigne eſt S. Claræ cænobium, quod in ſuburbio Conimbricenſi à fundamentis erexit, redditibuſque locupletauit. Mortuo cõiuge in eo religionem profiteri decreuerat, ſed ne egeni deſtituti remanerent, à propoſito diſceſſit: Porrò Monaſticum habitum induta, agendum in cænobio domi faciebat.

Lectio VIII.

DIſsidio itaque inter filium Alfonſum Luſitaniæ, & nepotem Caſtellæ Regem ſuborto, pacis componendæ cauſa ad Eſthermotium Oppidum ſe cõtulit vbi leui ægritudine correpta à Deipara Virgine inuiſitur, Eccleſiæque Sacramentis deuotiſsime ſuſceptis quarto nonas Iulij, anno milleſimo tercenteſimo trigeſimo ſecundo, migrauit in Cælum, ſepultaque in ſuo Cænobio miraculis claruit, & multis poſt annis integro corpore eſt inuenta. Vndé tandem Vrbanus Octauus illius apotheôſim ſolemni ritu peregit.

Homil. in Euãg. Simile eſt reg. Cælor, theſauro abſcõdito, &c.

¶ Miſſæ Introitus Cognoui Domine, &c. cum reliquis de cõm. pro nec virg. nec mart.

Die XI.

IN FESTO TRANSLATIONis S.P.N. BENEDICTI dul. I. claſ. Ad veſp. Añ. Oſſa veſtra, &c. Vt in laud. Pſal. Dixit Dominus cum reliquis de Dominica.

Cap. Eccleſ. 46.

MEmoria illorum ſit in benedictione, & oſſa illorũ pullulent de loco ſuo, & nomen eorum permaneat in æternum permanens ad filios illorũ ſanctorum virorum gloria. Reſp. Iuſtus germinabit. Sicut liliũ. Iuſtus germinabit. Verſ. Et florebit in æternum ante Dominum. Sicut, &c. Gloria Patri, &c.

Hymnus.

HYmnũ, canoris vocibus,
Meloſque dulce pangito,
Patent receſſa cælitus
Almi parentis pignora

C oruſca ſicut ſidera
Miris nitent miraculis,
Roſeta vincunt halitu
Vincunt odore lilia
E xangue corpus ſuſcitant,
Cæcis refundunt lumina
Contracta membra porrigunt,
Pedes ineptos explicant.
G elu reſoluunt fluminis,
It nauis abſque remige,
Appellit, & fæliciter
Sacro reuecta pondere.
L oci ſilentes arbores,
Tonſas niuali frigore
Virente fronde veſtiunt.
Peplo venuſtant florido.
E rgo paternos pulueres
Pie colamus filij
Eum precemur ſupplices,
Dicamus, atque ſinguli
S alue Pater dulciſsime
In oſſe culte viuido,
Gaudes perenni gloria
Noſtri memento quæſumus
S aluete chara pignora.
Mentis ſacræ velamina,
Magni parentis munera,
Signis ferax hæredium.
D eo Patri ſit gloria, &c.
℣. Ora pro nobis B.P.N.Bened.
℟. Vt digni effic. &c.

Aña ad Magnif.

Sanctiſsime Confeſſor Domini Monachorum Pater, &c.

Oratio.

O Mnipotẽs ſẽpiterne Deus qui nobis famulis tuis Beati Patris Noſtri Benedicti tranſlationis ſolẽnia celebrare ſốcedis, præſta quæſumus, vt ſuffragantibus eius meritis ad gaudia cæli transferamur æterna. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.

Ad Matut. Inuitatór.

R egem Confeſſorum Dominũ,
V enite adorem. &c.

Hymnus.

A Ntro Sublaci fulgida
Nurſina gemma gignitur,
Vt margaritum gurgite
Vaſti maris producitur.
T ransfertur hinc ab Angelis
Caſsini in altum verticem,
Fugit cateruas dæmonum
Turbas trahit fidelium.
S plendore longo promicat
Totum per orbis ambitum,
Inſigne ſignis, omnium
Per plena Diuum Spiritu.
C edente carnis conchulis
Méns, aſtra ſcandit, ignea
Cedente Helia pallio
Manent alumnis pignora.
F iit æqua tunc diuiſio,
Terrena, terra, portio
(Velut pirôpus annulo)
Superna Cœlo clauditur.
G audet chorus cæleſtium
Qua parte ſit fælicior,
Tellus reſultat gaudijs,
Valore diues pignorum.
D eo Patri ſit gloria, &c.

In I. Noct. Aña.

V Ir Dei Benedictus in arctiſsimum ſpecum ſe tradidit, fructumque ſuum dedit in tempore ſuo.

Pſalm. Beatus vir,&c.

1. Aña. Dedit ei Dominus poſſeſsionem ſuã terminos terræ, quoniam relicta domo rebuſque Patris quaſi aridum mũdum cum flore deſpexit.

Pſal. Quare fremuerunt,&c.

3. Aña. Redde Domine in hoc corpuſculum animam quam tuliſti, & vix oratione completa mirificauit Dñs ſanctum ſuum.

Pſalm. Cum inuocarem,&c.

4. Aña. Vir iſte ſpiritu iuſtorum omniũ plenus fuit in multitudine miſericordiæ tuæ introiuit in Domum tuam.

Pſalm. Verba mea,&c.

5. Aña. Admirabile eſt nomen eius in vniuerſa terra, requiretur â generatione in generationem.

Pſal. Domine Dñs noſter,&c.

6. Aña. Parata eſt in Cœlo ſedes eius, qui per viam aſcendit ſtratam pallijs, & innumeris coruſcam lampadibus Allelnia

Pſalm. In Dño confido,&c.

℣. Amauit eum Dominus.

Lectio I.

*De libro Eccleſiaſtici Cap. 50.*

QVaſi ſtella matutina in medio nebulæ, & quaſi Luna plena in dieb' ſuis lucet, & quaſi Sol refulgẽs ſic ille effulſit in templo Dei. Quaſi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quaſi flos roſarũ in diebus vernis, & quaſi lilia quæ ſunt in tranſitu aquæ. ℟. Benedictus autẽ religioſus, & pius puer cũm nutricem ſuam flere conſpiceret, eius dolori compaſſus ſe ſe cum lachrimis in orationem dedit. Et capiſterium reparauit. ℣. Poſuerunt omnes in corde ſuo dicẽtes, quis putas puer iſte erit? Etenim manus Domini erat cũ illo, Et cap.

Lectio II.

QVaſi thus rẽdolens in diebus æſtatis, quaſi ignis effulgẽns, & thus ardens in igne, Quaſi vas auri ſolidum ornatũ omni lapide pretioſo. Quaſi oliua pullulans, & cipreſſus in altitudinem ſe extollens. ℟. Antiquus hoſtis vnius caritati inuidens, & alterius refectioni, cũm quadam die ſubmitti panẽ cõſpiceret, iactauit lapidem, & tintinnabulũ fregit, Romanus tamen modis cõgruentibus miniſtrare nõ deſijt. ℣. Iacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe te enutriet. Romanus,&c.

Lectio III.

IN omni ore quaſi mel indulcabitur eius memoria, & vt muſica in conuiuio vini. Ipſe eſt directus diuinitus in pœnitentiã gentis, & tulit abominationes impietatis. Et gubernauit ad Dominũ cor ipſius & in diebus peccatorũ corroborauit pietatem. ℟. Benedictus Pater oblatum ſibi â falſis fratribus veneni poculum per crucis ſignaculum redegit in nihilum.

A c ſi pro ſigno lapidē dediſſet. ℣. Inſurrexerunt in eum cogitationes iniquæ, ſed mentita eſt iniquitas ſibi A c ſi, &c.

Lectio IIII. *Cap.*

IN diebus ſuis non pertimuit Principem, & potentia nemo vicit illum, nec ſuperauit illum verbum aliquod, & mortuū prophetauit corpus eius. In vita ipſius fecit monſtra, & in morte mirabilia operat⁹ eſt. ℟. O beati viri Benedicti præclara merita, qui adhûc viuens ruſtici filiū, Patri aſsignauit viuū. E t Monachum ruina parietis omnino attritum, vitæ & incolumitati priſtinæ ſubitô reſtituit. ℣. Mortuū prophetauit corpus eius infantem exanimen ad vitam reduxit, E t Monachum, &c. Gloria Patri, &c.

In II. Noctur. Aña.

EXutus veſtimento in ſpinarum aculeis ſe proiecit, & ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus, Allel. Pſalm. Domine quis habit, &c. Aña. 2. Lætificauit eum Dominus in gaudio cum vultu ſuo, cū ſub vno ſolis radio omnē mundum collectum cōſpexit. Pſal. Domine in virtute, &c. Aña. 3. Sanctimonialis autem fæmina dū negantis verba audiſſet orationē fudit, & inundatio pluuiæ erupit. Pſal. Domini eſt terra, &c. Aña. 4 Videns ſe ad Monaſterium remeare non poſſe contriſtatus cæpit cônqueri dicēs, Parcat tibi Deus, quid eſt ſoror, quêd feciſti ? Pſal. Cātate Dño, &c. Aña. 5. Rogaui te, & audire me noluiſti, rogaui Deū meum, & exaudiuit me. Pſal Dominus regnauit exult. & cęt. Aña. 6. Quorum mēs vna ſemper in Deo fuit, eorum quoquē corpora, nec ſepultura ſeparauit. Pſalm. Cantate, &c. ℣. Os iuſti medit, &c.

Lectio V.

EVerſo iâm primô Caſsinēſi monaſterio (prout narrat Gregorius Magnus ) Patriſquē Benedicti, ac ſororis eius Scholaſticæ ſepulchro ruderibus ſubiacente, Mumulus Abbas cænobij Floriacēſis ad ripam Ligeris in Gallia ſiti, pretioſa germanorum pignora diligēter quæſiuit, fæliciter inuenit. Ex mandatô enim illius Monachus Aygulphus Caſsinum petens, ibiquē in oratione pernoctans, lucis radio ſepulchrum indicante, ſacra oſſa ſedulô collegit, & ad ſuos feſtinatô repedauit. ℟. Corporalibus eius oculis idem antiquus hoſtis teterrimus, & incenſus apparebat, qui in eū ore, oculiſquē flamantibus ſæuire videbatur. M aledicte non Benedicte, quid meum habes, quid me perſequeris ? ℣. Cui cûm vir Dei minimē reſponderet, ad eius mox contumelias erumpebat. M aledicte, &c.

Lectio

Lectio. VI.

Cumque iam ad Aureliæ terminos perueniſſet, duo bus obitêr cæcis lumina, & incolumitatem cuidam membris cõtracto reliquiæ ſacræ reddiderunt. Floriacenſes verò milliario â Monaſterio præ gaudio occurrentes, in vico qui vetus Floriacus dicitur, primam huiuſce Translationis feſtiuitatem (cuius adhûc Hiſpani Monachi; indulgente etiã Clemente ſeptimo, pluresquè per orbem primates Eccleſiæ memoriam perennant) labente anno Domini ſexcenteſimo ſexageſimo, hac ipſa die ſolemnibus auſpicijs peregerunt. ℟. Cum Beatus Pater ê Sublacu Caſsinum peteret duo Angeli ad omne biuium iuuenili ſpecie apparentes, Oſtendebant ei viam, quàm arripere deberet. ℣. Angelis ſuis Deus mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. Oſtẽdebant, &c.

Lectio VII.

Porrò cûm Cænomanenſes Scholaſticæ virginis reliquias obnixê poſtularent, vniuſq; ſportæ ſinus omnes adhûc confuſê retineret, quæ nam eſſent cuiuſque propriæ inſigni miraculo comprobatur. Cum enim longiora quæ videbantur oſſa â minoribus ſepararentur, duo eccê infãtes exanimes mas vnus maiorum contactu, fæmina alter nõn niſi minorum, ſubito reuiuiſcunt. ℟. Cûm per ſe idem Totila ad Dei hominem accederet, eum longe ſedentẽ cernens ſe ſe in terram dedit: Cumquè vir Dei bis teruè diceret, ſurge. Ipſe ante eum de terra ſe erigere non eſt auſus. ℣. Reges vultu in terram demiſſo adorabunt te, & puluerem pedum tuorũ lingent. Ipſe, &c.

Lectio VIII.

Vnde his tanquam Scholaſticæ proprijs â Cænomânis deuote acceptis, reliqua vt vere Benedictina Mũmulus Abbas in Floriacenſi cænobio honorifice locauit, nobilitauitq; deinceps, qui mirabilis eſt in ſãctis ſuis innumeris fere miraculis. Paterna igitur pignora tot illuſtrata ſignis, tantiq; Patris memoria noſtrũ fratres charíſſimi excitent affectum, vt tanquam filij nõ degeneres eius ſectantes veſtigia, inter benedictos mereamur benedici.

℟. Oſſa arida audite Verbum Domini. Hæc dicit Dominus Deus oſsibus his. Ecce ego intromittam in vos ſpiritũ, & viuetis. ℣. Oſſa ipſius viſitata ſunt, & poſt mortem propheta uerũt. Ecce, &c. Gloria Patri, &c.

In III. Noct. ad Cant.

Aña. Monachorum Patriarchã collaudemus canticis, cuius oſſa

ſacra

ſacra vigent, & præclaris illuſtrantur miraculis.

Cantic. *Eccleſiaſt. Cap. 46.*

MAgnus Pater multitudinis gentium, & non eſt inuentus ſimilis illi in gloria. Qui conſeruauit legem excelſi, & fuit in teſtamento cũ illo. In carne eius ſtare fecit teſtamentum, & in tentatione inuẽtus eſt fidelis.

Gloria Patri, &c.

Cantic. *Ibidem.*

IDeo iureiurando dedit illi gloriã in gente ſua, creſcere illum quaſi terræ cũmulum. Et vt ſtellas exaltare ſemen eius, & hæreditare illos â mari vſque ad mare, & â flumine vſque ad terminos terræ.

Gloria Patri, &c.

Cantic. *Cap. 46.*

IN lege Domini cõgregationem iudicauit, & vidit Deũ Iacob, & in fide ſua probatus Propheta. Et cognitus eſt in verbis ſuis fidelis, quia vidit Deum lucis. Et notum fecit Regi, & oſtẽdit illi finem vitæ ſuæ.

Gloria Patri, &c.

Añ. Monachorũ, &c. ℣. Lex Dei eius in corde ipſius, &c.

Lectio IX.

Lectio Sancti Euangelij ſecundum Matthæum.

IN illo tempore dixit Simon Petrus ad Ieſum. Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te quid ergo erit nobis? Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis, *Serm. in hoc Euang.*

VErba lectionis huius ea eſſe arbitror de quibus ad immortalem ſponſum â finibus terræ clamat Eccleſia; propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras. Hæc nempẽ ſunt verba, quæ contemptũ mũdi in vniuerſo mundo, & volũtariam perſuaſere hominibus paupertatem. ℟. Non Cœlum, & terra contracta eſt, ſed videntis animus eſt dilatatus, qui In Deo raptus videre ſine dificultate potuit omne quod infra Deũ eſt. ℣. Animæ videnti creatorem anguſta eſt omnis creatura In Deo, &c.

Lectio X.

ECce) inquit) nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te, nimirũ, quia exultauit vt gigas ad currendam viã, nec currentem ſequi poteras oneratus. Sed nec inutilis cõmutatio pro eo qui ſuper omnia eſt, omnia reliquiſſe. ℟. Eleuatis ſurſũ oculis beatus Pater in cella conſiſtens vidit ſororis ſuæ animã de corpore eius egreſſam. In columbę ſpecie cœli ſecreta penetrare. ℣. Dedit ei Dominus penas ſicut columbæ, volauit & requieuit. In columbæ ſpecie, &c.

E Lectio

Lectio XI.

OMnia ſanê dixerim, non tantûm poſſeſsiones, ſed etiam cupiditates, & eas maxime, plus enim concupiſcentia mundi, quâm ſubſtantia nocet. Et hæc fugiendarum cauſa diuitiarũ precipua eſt, quod aut vix, aut nunquam ſine amore valeant poſsideri. ℟. Inter diſcipulorum manus imbecillia membra ſuſtentans. Erectis in cœlum manibus ſtetit, & vltimum ſpiritum inter verba orationis exflauit. ℣. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnũ Dei. E rectis, &c.

Lectio XII.

LImoſa quidem, & glutinoſa nimis non modo exterior verum etiam interior ſubſtantia noſtra videtur, & facilê cor humanum omnibus, quæ frequẽtat adhæret. Age ergô qui relinquere vniuerſa diſponis te quoque inter relinquẽda numerare meméto. ℟. Ligna fructifera fructificate, florete flores quaſi lilium, & date odorem. Benedicite Dominum & confitemini illi, & ſic dicetis in confeſſione. ℣. Benedictus venit in nomine Domini, qui ab ipſo pueritiæ ſuæ tempore cor gerens ſenile, iam quaſi aridum mundum cũ flore deſpexit. Benedicite, &c. Gloria Patri, &c. Benedicite, &c.

Sequentia S. Euangelij, ſecũdũ Mattheum. Cap 19.

IN illo tempore dixit Simon Petrus ad Ieſum. Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te quid ergo erit nobis? Ieſus autem dixit illis. Amen dico vobis, quod vos qui ſequuti eſtis me, in regeneratione cũ ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et omnis qui reliquerit domum vel fratres aut ſorores, aut Patrem aut Matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum centuplum accipiet, & vitam æternam poſsidebit.

---

AD LAVDES, & per Horas Aña.

Oſſa veſtra quaſi herba germinabunt, & cognoſcetur manus Domini ſeruis eius.

Dominus regnauit, cum cæteris vt in Pſal. &c. 2. Aña. Corpora ipſorum in pace ſepulta ſunt, & nomen eorum viuit in generatione; & generationẽ. 3. Aña. Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum vnum ex his non conteretur.

4. Aña. Monachorum chorus benedicite Dominum, quoniam iſti ſunt ſemen, cui benedixit Dominus. Alleluia.

5. Aña. Oſſa ipſius viſitata ſunt, & poſt mortem prophetauerunt Alleluia. Capit.

Capit, vt in veſp. Reſp. Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas,&c. Hymnus.

AVrea fulget rutilãte Cœlũ
Luce, iã laudes celebrent (ſuperni
Atque certatim reacuta criſpent
Organa vocis.

Dent melos primi Monachi Mo-(narchæ
Flore,qui mũdo moriẽs iuuentæ
Fætidum mundi veluti ſepultus
Neſcit odorem.

Rore qui Chriſti rigu' benigno
Semen vt felix Deitatis almæ
Pullulat, ſtellis cûmulãs eremũ
Floribus æhter.

Aſſonet cætus niuei pudoris,
Procinant pæan rubeæ phalãges
Inclytus quãdo meritis athleta
Purpurat, albet.

Sentenam duro redimitus olim
Cãdet vt virgo Venerẽ triũphãs
Dum rubet ſtillis roſei coloris
Martyris inſtar.

Plaudit & tellus hyemẽ retũdit
Floret, vt cui' ſtrophio coronat
Iã polus metẽ Benedicta ſertis,
Lauret oſſa.

Gloriã dicant Domino perenni
Alites Cæli, genitæ que proli
Nexui Sancto parili duobus
Gutture dulci. Amen.

℣. Ora pro nobis B.P. N. Bened. Ad Benedictus. Ana.

Valdê venerandæ ſunt patris noſtri reliquiæ, ad quarum contactum cæci vident, claudi ambulant, mortui reſurgunt. Alle.

Ad tertiam Cap. Memoria,&c. vt in veſp. ℟. Amauit eũ,&c.

Ad ſextam Cap. Geneſ. 28.

DIlataberis ad Occidentem & Orientem,& Septẽtrionem & Meridiem,& benedicentur in te, & in ſemine tuo cunctæ tribus terræ.

℣. Os iuſti med.&c.

Ad Nonam Cap. Geneſ. 12.

VEni in terram, quam mõſtrauero tibi, faciamq́; te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, eriſque benedictus.

℣. Lex Dei eius in cord.&c.

Ad veſp. Omnia vt in primis præter Antiph. Ad Magnific.

O Benedicte dulciſsime Sancti Spiritus organum, atq́; virtutũ ſpeculum, tuis nos iuua ſuffrãgijs, vt hoc poſsimus conſequi, quo te gaudemus perfrui.

Fiat cõm. S. Ioannis Gualberti Abbatis. Ana. Similabo,&c. Oratio. Interceſsio,&c.

¶ Miſſa (vt infra) die 18.

Die VII.

IN FESTO S. IOANNIS Gualberti lectio 18. dicatur S. Pio Papæ, & mart. die 31. aſſignata & in laudibus fiat cõm. illius.

Die XV.

QVINTA DIE INFRA OCT. Omnia ſumantur ex die præter ea quæ hic ſpecialiter aſsignantur. In I. Noct. Antiph. Vir Dei Benedict.

I.

Ex ſecundo libro Dialogorum S. Gregorij Papæ. *Cap.* 14.

Cvm Rex Gothorum Totila Sanctum virum Benedictum prophetiæ habere ſpiritũ audiſſet, ad eius Monaſterium pergens, paulô longiûs ſubſtitit, eique ſe venturum eſſe nũciauit. Cui dum protinûs mandatum de Monaſterio fuiſſet vt veniret, ipſe ſicut pêrfidæ mẽtis fuit, an vir Dei prophetiæ ſpiritum haberet, explorare conatus eſt.

Lectio II.

Vidã vèrò eius ſpatarius Riggò dicebatur, cui calcèamẽta ſua præbuit, cumq; indui veſtibus regalibus fecit, quem quaſi in perſona ſua pergere ad Dei hominem præcepit. In cuius obſequio tres qui ſibi præ cæteris adhærere conſueuerant comites miſit.

Lectio III.

Vmquè idem Riggo decoratus veſtibus, obſequẽtũ frequentia comitatus Monaſterium fuiſſet ingreſſus, vir Dei èminus ſedebat: quem venientem conſpiciens cum iam ab eo audiri potuiſſet, clamauit dicens. Pone fili, pone, hoc quod portas non eſt tuum.

In II. Noct. Añã.

Dedit ei Dominus, &cæt.

*Cap.* *Eccleſ.* 44.

Corpora eorum in pace ſepulta ſunt, & nomen eorum viuit in generatione, & generationem.

*Verſ.* Iuſtus vt palma florebit.

℟. Sicut cedrus libani, multiplicabitur.

Die XVI.

SEXTA DIE INFRA OCT.

In I. Noct. Añã.

Redde Dominé, &c.

Lectio I.

Ex ſecundò librò Dialògorum S. Gregorij Papæ. *Cap.* 20.

Dvm venerabilis Pater Be*nedictus veſpertina* iam hora corporis alimenta percipe-ret, eius Monachus cuiuſdã Defenſoris filius fuerat, qui ei ante menſam lucernam tenebat. Cumque vir Dei êderet, ipſe autem cũ miniſterio lucernæ aſtaret, cæpit per ſuperbiæ ſpiritum in mente ſua tacitus voluere, & per cogitationem dicere. Quis eſt hic, cui ego manducanti aſſiſto, *lucernam* teneo, ſeruitium impendo.

Lectio II.

Ad quem vir Dei ſtatim cõuerſus vehemẽter cæpit eum increpare dicens. Signa cor tuum frater, quid eſt, quod loqueris? Signa cor tuũ. Vocatiſque ſtatim fratribus præcepit ei lucernam de manibus tolli, & ſibi eâdem hora quietum ſedêre.

Lectio III.

QVi requiſitus â fratribus, quid habuerit in corde, per ordinem narrauit quanto ſuperbiæ ſpiritu intumuerat, & quæ contra virũ Dei verba per cogitationem tacitus dicebat. Tunc liquido omnibus patuit, quôd venerabilem Benedictum latêre nil poſſet, in cuius aurib' tacitæ etiam cogitationis verba ſonuiſſent.

In II. Noct, Añaᵉ Vir iſte, &c. In 2. Veſp. fiat côm. S. Alexij Côf. Oratio. Deus qui nos beati, &c.

Die XVII.

SEPTIMA DIE INFRA OCT. In I. Noct. Admirabile, &c.

Lectio I.

Ex ſecundô librô Dialôgorum S. Gregorij Papæ. Cap. 35.

CVm vir Dei Benedictus quieſcẽtibus adhûc fratribus inſtans vigilijs, nocturnæ orationis tempora præueniſſet, ad feneſtram ſtans, & omnipotentem Deum deprecans ſubitô intempeſtæ noctis hora reſpiciens, vidit fuſam lucẽ deſuper cũctas noctis tenebras effugaſſe, tãtoque ſplendore clareſcere vt diem vinceret lux illa.

Lectio II.

MIra autem res valdê in hac ſpeculatione ſequuta eſt, quia ſicut poſt ipſe narrauit omnis etiam mundus velut ſub vnô Solis radiô collectus ante oculos eius adductus eſt.

Lectio III.

QVi venerabilis Pater dũm intentam oculorũ aciem in hoc ſplendore coruſcæ lucis habere videretur, vîdit Germani animam Capuani Epiſcopi in ſphæra ignea ab Angelis in Cælum deferri.

In II. Noct. Antiph. Parata eſt. In Laud. Fiat cômem. S. Alexij.

Die XVIII.

OCTAVA DIE TRANSLAtionis S. P. Bened. dupl. Omnia vt in die præter infrà aſsignata In Veſp. & laud. fiat cõmemoratio S. Symphoróſæ, & filiórum martyrũ. Iſtorum eſt enim. ℣. Lætamini in Domino. &c.

Oratio.

DEus qui nos côncedis ſanctorum martyrum tuorum Symphoroſæ, & filiorum eius natalitia colere, Da nobis in æterna beatitudine de eorũ ſocietate gaudere. Per Dominum noſtrum, &c.

Si hæc octaua occurrat in III. Dominica, in qua fit officiũ S. Angeli Cuſtodis Regni, vt conformemur cũ Eccleſijs illius fiat de ea cõme. in vtriſque veſp. & laud. & Lect. IX. dicatus de Homil. Dominicæ. Lect. in I. Noct. Quaſi ſtella, &c. niſi occurrat initium ſcripturæ quod adhûc non ſit poſitu.

Lectio V.

Elapſis iam centum, ac triginta annis ab illa prima Caſsinẽſi euerſione, Petronius ciuis Brixiẽſis, ſuadẽte Gregorio II. circa annum Domini ſeptingenteſimum vigeſimũ Monaſticæ illud diſciplinę Atheneũ inſigniter reparauit. Cũmq; adhuc apud Floriacũ ſacra parẽtis Benedicti pignora ab Aygulpho translata quieſcerẽt, præcipit Sũmus Põtifex Zacharias ea Caſsinenſibus reſtitui. Quod tãdem Carolomano Caſsinenſi Monacho, & Pipini Frãcorũ Regis fratre perurgẽte, ſub Stephano III. per actum eſt.

Lectio VI.

A Floriacẽſibus enim & Cænomanis ſacræ Patris Benedicti, atque Scholaſticæ reliquiæ traditæ in Caſsinum diligẽter reducuntur, & ſubtus altare maius coram ipſo Stephano honorifice collocantur. Iterata tamẽ euerſione earũ locus obliteſcit: innotuit verò nec ſine miraculis ſub Deſiderio Abbate qui Pontifex poſteà, Victor tertius dictus eſt; Quo enim die ſacra pignora ſũt retecta ſeptẽmdecim Caſsini mons præ gaudio quaſi geſtiens cõtremuit, hactenuſque tãto theſauro diues gloriatur; Cuius etiã breues particulæ aliquot noſtra illuſtrant cœnobia dono, ac beneficio Infantis Dominæ Mariæ Regis Emmanuelis filiæ.

Lectio VII.

Porrò apud Floriacum reliquiarum partes permanſiſſe ea etiam confirman, quæ poſt prædictam in Caſsinum reductionẽ, & poſt annum Dñi octogeſimum cõtigiſſe radit Diedericus. Floriaco nãque à Nortmanis incẽſo, & expoliato, Monochorũ pars cum ijs quæ Benedicti colebantur reliquijs Aureliam profũgit. Cumque bienio transacto de illarũ reductione per campeſtria agerẽt Monachi, cuiuſdam diuinitus inſpirati cõſilio, ad nauim in alueo Ligeris hyemantem eas deducunt.

Lectio VIII.

Rigebant fluenta gelu, ſed eo mirẽ ex vtroque latere flueſcente, totum illud ſpatium per ſexdecim ferẽ miliaria ad Floriacum vſque protenſum, abſq; velo, vel remige feliciter enauigatur. Cũmque iam e fluuio Epiſcoporum humeris reliquiæ ſacræ educerentur, & ſolẽni pompa ad portã quæ Paſchalis dicitur perueniſſẽt, cũm media eſſet hyems, pridie, ſcilicẽt, nonas Decembris; Mira res? Omnes ecce eiuſdẽ loci arbores extẽplò germinarũt; & in vernos Aprilis flores eruperunt.

In III. Nocturno Lect. XII. de S. Symphoroſa, & in Laud. fiat cõmemor. illius.

¶ Miſſæ Introitus vt In Tranſitu, & transl. S. P. Benedicti. Gaudeamus, &c.

# FESTA AVGVSTI.

Die VIJ.

IN FESTO SS. STEPHANI Abbatis, & Ducentorum Sociorũ martyrum. Dupl. In ſecundis Veſper. Tráſfigurat. fiat cõmemor. illorum. Aña. Iſtórum eſt enim, &c. ℣. Lætamini, &c,

Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotẽs Deus, vt qui glorioſos martyres Stephanum Abbatem, & ſocios eius Monachos Charadignæ fortes in ſua cõfeſsione cognouimus, pios apud te in noſtra interceſsione ſẽtiamus. Per Dominum noſtrum, &c.

Deindè fiat cómem. S. Donati Epiſcopi & mart

Verſ. Glória, & hónor, &c.

Oratio.

DEus tuorum gloria ſacerdotum præſta quæſumus, vt Sancti martyris tui, & Epiſcopi Donati, cuius feſta gerimus, ſẽtiamus auxiliũ. Per Dominũ, &c.

Lect. in I. Noct. Fratres deb. &c. Initiũ aliquod ſcript. ſi occurrat ponatur die ſequenti.

Lectio V.

TEmpóre quó Arabum ſæua tyrannis in Hiſpania Chriſtianos affligeret; atque Zafacorum Rex impius Caſtellæ prouinciã deuaſtaret, potiſsimũ verò Dei ſeruos fidei Chriſtianæ porpugnatores viros religioſos vehemẽtes exagitaret: inter alios venerabiles Monachos qui diuerſis in locis Hiſpaniarũ propenſiori cultu Deũ ſeruientes, eorũdem perſequutionibus premerẽtur, fęliciores illi fuere qui apud Burgos in Monaſterio S. Petri de Charadigna Ordinis S. P. Benedicti egregia vitæ ſanctitate florentes digni inuentij ſunt, qui omnes ſimũl ducent numeró ad martyrij coronam promouerentur á Domino Ieſu Chriſto.

Lectio VI.

HI enim ſub Stephano Abbate ipſorũ viro ſanctiſsimó ad ſpiritualem palæſtram iugiter exercitati, acreaſque poteſtates debellare edocti, audiẽtes eoſdem adeſſe Arabes ipſorũ ſãguinẽ ſitiẽtes nullã ſuſcipere voluêre redemptionem, vt meliorẽ inuenirent reſurrectionẽ, ſed vnanimes Dei armatura potentes, probeque intelligentes quod non ſunt cõdignæ paſsiones huius tempóris ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis, mutuis ſe exhortationibus ad ſubeundum martyrium roborarunt atque aſsiduis precibus munierunt.

Lectio VII.

SIc igitur diuina gratia cõfirmati in Monaſterij clauſtro fortes animo conſiſtentes ſumma patientia irruẽtes excepere carnifices, á quibus ſinguli crudeliter iugulati optatã coronam marty-

martyrij pèrcéperunt òctauò idus Auguſti, feria quarta anno ſalutis octingéteſimo vigeſimo quarto. Sepulti ſunt ibidé Sancti martyres à Chriſti fidelibus, qui illûc conuenêre poſt quã funeſta Arabū cohors indé receſſit.

Lectio III.

DEus auté qui ſuos milités non ſolũm coronat in cœlis, ſed in terris efficit glorioſos ad ipſorum martyrum gloriam locum illum celebri miraculo illuſtrauit, dûm pluribus ſubſequétibus annis, die anniuerſaria ipſorum cædis, tanquâm recẽti cruore aſperſum, eundé rubentem oſtẽdit. Sed & iam péné extinctam iniuria temporum, ipſorum memoriam reddit Clementis Octaui authoritas rediuiuam atque eam celebrandã omnibus fidelibus repræſentat.

Homil. in Euãg. Cũ audieritis, &c. Lect. 12. de ſancto Donato, & in Laud. fiat cõmemor. illius. ¶ Miſſæ Introitus Intrẽt. in cõſpectu, &cæt.

Die XVI.

IN FESTO S. ROCHI Confeſ. dup. In 2. Veſp. Aſſũption. fiat comemo. illius. Añ. Similabo eum, &c. Verſ. Amauit eum, &c.

Oratio.

DEus qui ad ſanctorum tuorum patrocinia confiuétibus fidelis pètitiònis ſuæ ſalutarem præſtas effectum, concede plebi tuæ intercedéte Beato Rocho Cõfeſſore tuo, qui pro tui nominis gloria peſtis langoré paſſus eſt, vt ab eo morbo liberata, corporis & animæ ſaluté ſe gaudeat cõſequutam. Per Dominum noſtrum, &c.

Lect. in I. Noct. Iuſtus ſi morte, &c. niſi venerit in die quo neceſſe ſit ponere. lectiones de initio ſcriptur. quod adhùc non fuerit poſitum.

Lectio V.

ROchus natiòne Gallus, Patre Ioanne, & Matre Libera nobilibus ac potentibus Mõte peſſulâno ortus ab ipſa pueritia futuræ ſancti tatis haud leue ſpecimen dedit. Cũ enim eſſet duodenis, jejunijs, vigilijs, orationibus pijſque operibus alijs maturé præludés, viã ſibi ad maiora de humani generis hoſte reportanda trophæa præmuniuit.

Lectio VI.

PArentibus orbatus cum annum attigiſſet vigeſimum relictis omnibus ignotus Chriſti cauſa peregrinatus in Italiam venit: vbi multas eius regionis vrbes â morbo Epidimiæ crucis ſigno liberauit. Cumque ſagita in fæmore fuiſſet vulneratus, acerbiſsimos dolores patientiſsime tulit.

Lectio

FF

### Lectio VII.

IN patriam tandẽm reuertẽs cum omnia bellis turbata inueniſſet prò exploratore captus carcere incluſus quinquennio ibi in tenebris, & ærumnis expleto, orans deceſsit ſecundo ac trigeſimo ætatis annô, Do mini verô milleſimo tercenteſimo vigeſimô ſeptimo. Ibidemque ſepultus Venetias poſtcâ translatus eſt.

### Lectio VIII.

EIus ſanctitas hominibus ferè anteaignota Patribus in Concilio Conſtantienſi congregatis inſigni miraculo innotuit. Cum enim anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo decimo quarto, Patrum decreto ad propulſandam ingruentẽ luem: eidem honores ſanctis debiti impenderentur, eiuſq; imago ſolemni pompa omni populo, comitante per vrbẽ deferretur mox illa peſtis euanuit; Vnde exemplum manauit ad poſteros vt vbiq; locorum eius venerandæ imagines, altaria, ſacella, ac denique templa erigerentur.

Homil. in Euang. Sint lumbi, &c. In laud. commemorat. Oct. Aſſump. & S. Laur.

Miſſæ Introitus, Os Iuſti, &c. de com. Confeſſ. non Põt.

## FESTA SEPTEMBRIS.

### Die XVII.

IN FESTO SANCTISSIMI nominis Mariæ. dup. Quod ex conceſsione Sixti V. celebratur.

Ad veſperas.

Aña. Miſſus eſt Angelus Gabriel ad Virginem deſponſatam Ioſeph, & nomen Virginis Maria. Pſalmus. Dixit Dominus.

Aña. A ſolis ortu vſque ad occaſum laudabile nomen Domini, laudabile Mariæ nomen.

Pſalm. Laudate Pueri, &c.

Aña. Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, &c.

Pſalm. Lætatus ſum, &c.

Aña. Permaneat nomen tuum Maria, & magnificetur in ſempiternum.

Pſalm. Niſi Dominus, &c.

Capitulum. *Iudicis.*

BEnedicta es tu filia â Domino Deo excelſo præ omnibus mulieribus ſuper terram, quia hodie ita nomen tuũ magnificauit, vt non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in æternum.

Reſp. Aue Maria.

Hymnus Aue Maris ſtella, &c.

℣ Sit nomen Mariæ benedictũ.

℟. Ex hoc nunc & vſq; in ſæculum.

Ad Magnificat. Aña.

Mariæ nomen cunctas illuſtrat Eccleſias, cui fecit magna, qui

 potens

potens eſt, & ſanctũ nomẽ eius.

Oratio.

DEus qui glorioſam Matrẽ tuam nominari Mariam voluiſti, concede quæſumus, vt qui dulce Mariæ nomen implorant, perpetuũ ſentiant tuæ benedictionis effectum. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus, &c.

Deinde fit commemor. SS. Cornelij, & Cypriani mart.

Inuitator. Aue Maria gratia plena. Dominus tecum.

Hymnus. Quem terra, &c.

In I. Noct.

Añ. Admirabile eſt nomen tuum Maria, admirabile in vniuerſa terra.

Pſal. Domine Dñs noſter, &c.

Añ. In omnem terram exiuit ſonus Mariæ, & in fines orbis terræ nomen eius.

Pſal. Cæli enarrant.

Añ. Nomen virtutum dedit tibi Dominus, Dominus virtutum, & Rex gloriæ.

Pſal. Domini eſt terra, &c.

Añ. Specioſum Mariæ nomẽ adorabunt gentes, & illud deprecabuntur omnes diuites plebis, Pſalm. Eructauit, &c.

Añ. Dulce tuum Mariæ nomen refugium nobis eſt, & virtus, adiutor in tribulationibus.

Pſalm. Deus noſter refugium.

Añ. Secundum nomen tuum Maria ſic laus tua in fines terræ.

Pſal. Magnus Dominus, &c.

℣. Magnificate Mariam Virginem mecum.

℟. Et exaltemus nomen eius in æternum.

Lectio I.

De libro Exodi. *Cap. 15.*

SVmpſit ergo Maria propheteſſa, ſoror Aaron tympanũ in manu ſua, egreſſæque ſunt omnes mulieres poſt eam, cum tympanis, & choris quibus præcinebat dicens; Cantemus Domino, glorioſe enim magnificatus eſt, equum, & aſcenſorem eius deiecit in mare.

℟. Laudemus nomen ſacrum atque inſigne Mariæ, Mundo nam peperit virgo ſalutis opẽ.

℣. Lætentur cæli de tali nomine, lætetur & orbis. Mũdo, &c.

Lectio II.

TVlit autem Moyſes Iſraël de mari rubro, & egreſsi ſunt in deſertum Sur: ambulaueruntque tribus diebus per ſolitudinem, & non inueniebant aquam, & venerunt in Marã, nec poterant bibere aquas de *Marâ eo quòd eſſent amaræ.*

℟. Benedictum ſit nomen Mariæ, cuius gratia perennis, nec vnquàm deficit, Cuius manus tornatiles plenæ hyacinthis.

℣. Implorantibus Mariæ nomen, Maria præſto adeſt. Cuius, &c.

Lectio III.

VNdè, & congruum loco nomen impoſuit, vo-

cans

cans illum Marâ, ideſt amaritudinem, & murmurauit populus contra Moyſen dicens. Quid bibemus? At ille clamauit ad Dominum, qui oſtendit ei lignum, quod cùm miſiſſet in aquas in dulcedinem verſæ ſunt.

Reſp. Salutemus Mariam pro nobis filium exorantem, & dicamus illi, Aue Maria gratia plena Dominus tecum.

Verſ. Hæc eſt Gedeonis vellus, quæ leuiſsima orationis cõpreſsione larga exhibet ſtillicidia gratiarum. Aue, &c.

Lectio IIII.

IBi conſtituit ei præcepta atque iudicia, & ibi tentauit eum dicens: ſi audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectum eſt coram eo feceris, & obedieris mandatis eius, cuſtodieriſq; omnia præcepta illius, cunctũ languorẽ, quem poſuit in Aegypto non inducam ſuper te: ego enim Dominus ſanator tuus.

Reſp. Exaltabo te Mater Dei Maria & benedicã nomini tuo. In ſæculum, & in ſæculum ſæculi. Verſ. Adhæreat lingua mea faucibus meis ſi non meminero tui. In ſæculum, &c. Gloria Patri, &c. In ſæculũ, &c.

In II. Noct.

Aña. Propter ſanctum Mariæ nomen, oſtende nobis Domine miſericordiam tuam.

Pſal. Benedixiſti, &c.

Aña. Glorioſa dicta ſunt de te, & de nomine ſancto tuo Maria. Pſal. Fundamenta.

Aña. Annuntiate inter gentes Mariæ nomen & gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius. Pſal. Cantate, &c.

Aña. Annũtiauerunt cæli Mariam, & ſanctum nomen eius, peccatoribus fiduciam, & rectis corde lætitiam.

Pſal. Dominus regnauit.

Aña. Cantate Mariæ, & benedicite nomini eius, quia mirabilia fecit. Pſal. Cantate. 2.

Aña. Confiteantur omnes populi nomini tuo magno Maria, quoniam ſanctum eſt.

Pſal. Dñs regn. iraſcantur, &c.

℣. Repleatur os meum laude Mariæ. ℟. vt cantem gloriam nomini ſancto eius.

Lectio V.

Sermo S. Epiphanij Epiſ. apud Surium. *Decemb. 8.*

BEata Anna grauida effecta, cælum, & thronum Cherubicum peperit, ſanctam puellam Mariam. Illa enim reperietur eſſe cœlum, templum, & thronus: quia Mariam interpretari ſolemus Dominam, atque etiã ſpem, peperit enim Dominum, qui eſt ſpes totius mundi, nempẽ Chriſtum. Rurſum nomen illud Mariæ interpretatur mirrha maris. Mirrham autẽ dicet aliquis (quod ego etiam aio) de immortalitate, eo quòd paritura eſſet gemmam immortalem

in mari, hoc eſt, in mundo, cui virgo ſerenitatem, & tranquillitatem contulit, dũm portũ peperit Chriſtum.

℟. Benedicta tu â Domino Deo tuo in omni tabernaculo Iacob, Q uoniam in omni gente, quæ audierit nomen tuum magnificabitur ſuper te Deus. ℣. Tu gloria Hyeruſalem tu lætitia Iſrael, tu Maria honorificẽtia populi noſtri. Q uoniã, &c.

Lectio VI.

R Vrſum itaquẽ preclaræ puellæ Mariæ beatũ nomen intrépretatur, Illuſtrata, vtpote quæ illuſtrata ſit â filio Dei & cunctos vſque ad terminos terræ credentes Trinitati illuminauerit. Sancta enim puella Virgo Maria eſt ſponſa Trinitatis, & theſaurus diſpenſationis plane arcanus, cui Gabriel inquit, Aue Gratia plena Dominus tecum & Pater miſit arrabonem de cælo Spiritũ Sanctum præparauit Virginem vnigenito filio cæleſti ſponſo, quam Pater dilexit, filius inhabitauit, Spiritus Sanctus percupiuit.

℟. Turris fortiſsima nomen Domini, & nomen matris eius, Maria turris fortitudinis A facie inimici. ℣. Ego murus, & vbera mea ſicut turris. A facie.

Lectio VII.

Ex lib. S. Ambroſij Epiſ: de inſtitutione Virginis. Cap. 5.

M Aria itaque eſt quę nobis non ſolum virginitatis incentiuum attulit, ſed etiam Deum intulit: vnde lætus, & exultans tanto munere dicit. Eſaias. Ecce virgo in vtero cõcipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, quod eſt interpretatum, nobiſcum Deus, Vnde hoc munus? Non de terra vtique, ſed de cœlo vâs ſibi hoc, per quod deſcẽderet Chriſtus elegit, & ſacrauit templum pudoris. Per vnam deſcendit, ſed multas vocauit. Vnde & ſpeciale Maria Domini hoc nomen inuenit, quod ſignificat, Deus ex genere meo.

℟. Nomen ſanctum meũ nõtum faciã in medio populi mei, E t ſcient, quia ego Mater Dei, quia ego Maria. ℣. Delitiæ meæ eſſe cum filijs hominum. E t ſcient.

Lectio VIII

D Iſtæ ſunt, & antẽ Mariæ multæ: nam & Maria ſoror Aaron dicta fuit, ſed illa Maria amaritudo maris vocabatur. Venit ergô Dominus in amaritudinem fragilitatis humanæ, vt cõditionis amaritudo dulceſceret verbi cæleſtis ſuauitate, & gratia temperata. Hoc ſignificauit fons Marâ per lignum dulceratus; eo quod populus nationum amarus ante peccatis, vel caro noſtra temperamento paſsionis Dominicæ in vſus alteros mutaretur. ℟. Aue

℟. Aue Maria Gratia plena, Dominus tecũ, benedicta tu in mulieribus, & benedictum nomen maieſtatis tuæ, In æternum. ℣. Per ſingulos dies benedicam tibi, & laudabo nomen tuum. In æter. Gloria Patri,&c. In æter.

In III. Noct.

Aña. Mariam collaudate canticis, date nomini eius magnificentiam, & confitemini illi.

Cant. Obaudite me, &cæt.

℣. Aue Maria gratia plena.

℟. Dominus tecum.

Lectio IX.

Lectio S. Euangelij ſecundum Lucam. *Cap.2.*

IN illo tempore. Miſſus eſt Angelus Gabriel â Deo in ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad Virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid, & nomen Virginis Maria. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis. II. ſuper miſ. &c.

ET nomen (inquit) Virginis *Maria*. Loquamur pauca, & ſuper hoc nomine quod interpretatum maris ſtella dicitur, & Matri Virgini valde conuenienter aptatur. Ipſa namq; cõuenienter ſideri comparatur quia ſicut, ſine ſui corruptione ſidus ſuum emittit radium, ſic abſque ſui læſione virgo parturit filium, nec ſideri radius ſuam minuit claritatem, nec virgini filius ſuam integritatem.

Reſp. Clariſsimum Mariæ nomen, ipſa ſtella eſt præfulgens, Peccatores illuminat, & dirigit in portum ſalutis. ℣. Conſolatur triſtes, miſeros leuat, & iacentes erigit. Peccatores, &c.

Lectio X.

IPſa eſt igitur nobilis illa ſtella ex Iacob orta cuius radius vniuerſum orbem illuminat, cuius ſplendor, & præfulget in ſupernis, & inferos penetrat, terras etiam perluſtrans, & calefaciens magis mentes, quâm corpora, fouet virtutes êxcoquit vitia. Ipſa inquam, êſt præclara, & eximia ſtella ſuper hoc mare magnum, & ſpatióſum neceſſario ſubleuata micans meritis, illuſtrans exemplis.

℟. Omnia flumina intrant in mare, & ipſum non redundat, Omnia gratiarum chariſmata in Mariam, & ipſa non intumeſcit. ℣. Dixit illi Angelus Aue gratia plena, at ipſa reſpondit, Ecce ancilla Domini. Omnia grat. &c.

Lectio XI.

O Quiſquis te intelligis in huius ſæculi profluuijs magis inter procellas, & tempeſtates fluctuare, quâm per terrã ambulare, ne auertas oculos â fulgore huius ſideris, ſi non vis obrui procellis. Si inſurgant vẽti tentationum, ſcopulos tribulatio-

lationum, reſpice ſtellam, voca Mariam. Si iactaris ſuperbiæ vndis, ſi ambitionis, ſi detractionis, ſi æmulationis reſpice ſtellam voca Mariam, ſi iracundia, aut auaritia, aut carnis illecebra nauiculam concuſſerit mentis, reſpice ad Mariam.

Reſp. In nomine Mariæ omne genuflectatur cœleſtium, terreſtrium, & infernorũ. Quoniã Regina potens eſt, & ſanctum nomen eius.

℣. Iubilate Mariæ Omnis terra Pſalmum dicite nomini eius date gloriam laudi eius.

Quoniã, &c. Lectio XII.

IN periculis, in anguſtijs, in rebus dubijs Mariam cogita, Mariã inuoca nõ recedat ab ore, non recedat à corde: & vt impetres eius orationis ſuffragium non deſeras conuerſationis exemplum. Ipſam ſequens non deuias, ipſã rogans non deſperas, ipſam cogitans non erras, ipſa tenente non corruis, ipſa protegente non metuis, ipſa duce non fatigaris, ipſa propitia peruenis: & ſic in temetipſo experiris, quàm merito dictum ſit, & nomen Virginis Maria. ℟. Beata mater & intacta Virgo Maria, miſericordia eſt plena dextera tua, oleum effuſum nomen tuũ. Ideo adoleſcentulæ dilexerunt te nimis.

℣. Maria mel in ore, in aure melos, iubilus in corde. Ideo, &c. Gloria, &c. Ideo.

Euangelium. Miſſus eſt, & cæt. vt in feſto Annuntiationis B. Mariæ, martij. 25.

## AD LAVDES, & per Horas Aña.

Mirabiles elationes maris, mirabilior in Maria Dñs.

Pſal. Dñs regnauit cũ cæteris.

Aña. Laudate Mariam, quoniam ſuauis eſt Domina, laudate nomen eius in ſæcula.

Aña. Labijs exultationis laudabit os meum dulce Mariæ nomen ſuper mel ori meo.

Aña. Spiritus & animæ iuſtorũ in nomine Mariæ benedicite Dño.

Aña. Laudate Mariam in choro, & in corde nomen eius.

Capitulum Benedicta, &c. vt in veſp. ℟. Aue Maria, &c.

Hymnus. O glorioſa, &c. ℣. Lætabor, & exultabo in te Maria. ℟. Pſalmum dicã nomini tuo.

Ad Benedictus Aña.

Benedictus Deus qui Mariæ Virgini lucis nomen donauit, vt illuminaret eos qui in tenebris ſedent, & vt ſtella maris errantes dirigeret in portũ pacis.

Oratio vt ſupra.

✠ Ad Tertiã Cap. Benedicta, &c. vt ſuprà.

℣. Magnificate Mariam Virginem mecum. ℟. Et exaltemus nomen eius in æternum.

✠ Ad Sextã Cap. Benedicta tu à Deo tuo, in omni tabernaculo Iacob, quoniam in omni gente, quæ

quæ audierit nomen tuū, magnificabitur ſuper te Deus Iſrael. ℣. Repleatur os meum laude Mariæ. ℟. Vt cantem gloriæ nomini ſancto eius.

✠ Ad Nonam Cap. *Ezechiel. 16*

✠ Egreſſus eſt nomen tuum in gentes propter ſpeciem tuam, quia perfecta es in decore meo, quem poſui ſuper te dicit Dominus Deus. ℣. Aue Maria gratia plena. ℟. Dñs tecū. ¶ In ſecundis veſp. omnia vt in primis.

Ad Magnif. Aña.

Maria Virgo omniū oculis gratioſa, nominatū eſt nomē gloriæ eius, vſq; in extremum terræ.

¶ Miſſæ Introitus. Vultum tuum, &c. vt in Annuntiatione.

# FESTA OCTOBRIS.

¶ Prima die non impedita feſto 9. Lect. fiat officiū dup. maius S. Angeli Cuſtodis cuiuſq; noſtrū ex inſtitutione, & conceſſione P. Pauli V. vt habetur in Breuiario.

¶ Dominica 1. infrâ mēſem Octobris celebretur Feſtū Roſarij Beatæ Mariæ dupl. maius. Omniaque ſumantur ex Natiuitate ipſius mutato nomine Natiuitas in nomē Feſtiuitas. ¶ Si hoc Feſtū occurrat cū feſto S. Placidi, trāsferatur in ſequentem diem.

¶ In monaſterijs tamē, in quibus Confraternitas Roſarij, feſtum, & ſolemnē processionē illius, hac ipſa Dominica celebrauerit fiat [illegible] Roſario dup. 2. claſ. & S. Placidus transferatur.

Oratio.

SVpplicationem ſeruorū tuorum Deus miſerator exaudi, vt qui in ſolemnitate Roſarij ſanctæ Dei genitricis, & Virginis cōgregamur, eius interceſsionibus à te de inſtantibus periculis eruamur. Per eundem Dominum noſtrum, &c.

Fiat commem. Dominicæ.

Inuitat. Aue Maria Gratia plena Dominus tecum, &c.

In 1. Noct. Tres priores Lect. ſumātur ex officio paruo.

Lect. I.

De libro Eccleſiaſtici.

In omnibus requiē quæſiui, &c.

℟. 1. Quam pulchra es amica mea, quâm pulchra es, & ſuauis viderunt te Filiæ Sion, & beatiſsimam prædicauerunt dicentes. Sicut dies verni circundant te flores Roſarum, & lilia conualiū. ℣. Aue Maria gratia plena Dñs tecū. Sicut dies, &c.

℟. 2. Quaſi plantatio roſæ in Hyerico odorem dediſti ſanctæ Dei genitrix Virgo; Quaſi roſa plantata ſuper riuos aquarū fructificaſti. ℣. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Quaſi, &c.

℟. 3. Eua ſpina fuit, Maria roſa extitit, roſa fuit cādida, & rubicūda ſimul, candida carne, rubicunda mente, candida per virginitatem, Rubicūda per claritatem. ℣. Sancta Maria ma-

tre Dei ora pro nobis peccatoribus. Rubicunda, &c.

Lectio IIII. *Eccleſ. 14.*

EGo quaſi terebinthus extẽdi ramos meos, & rami mei honoris, & gratiæ. Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris, & flores mei fructus honoris & honeſtatis. Ego Mater pulchræ dilectionis, & timoris, & ſanctæ ſpei. In me gratia omnis viæ, & veritatis in me omnis ſpes vitæ, & virtutis. ℟. O Maria flos Virginum, velut roſa vel lilium. unde preces ad filium pro ſalute fidelium. ℣. Nunc & in hora mortis noſtræ. F unde, &c. G loria Patri, &c.

Lectio V.

In II. Noct.

PEtrum Ambianenſem cognomento Eremitam Congregationis Grandimontenſis Benedictini inſtituti Monachũ ac virum ſanè egregium (qui anno ſalutis nonageſimo circiter ſupra milleſimum fæliciter ſatis egit coram Vrbano II. Chriſtianiſque Principibus, vt Catholica pietas, ac fidei ardor bellum cieret, quo Hieroſolyma terraque ſancta caperetur) Sanctiſsimæ Virginis Roſarij, ſeu Pſalterij per id tempus authorem fuiſſe Polidórus teſtatur.

Reſp. Quaſi flos Roſarum in diebus vernis, & quaſi lilia quæ ſũt in trãſitu aquæ, quaſi mirrha electa. D edi ſuauitatem odoris. ℣. Ego flos campi, & liliũ conuallium. D edi ſuauitatem, &c.

Lectio VI.

QVa etiam fere precandi forma, ac deuotione vſus eſt Aybertus Monachus Benedictinus apud Belgas ſanctitate inſignis, & eiuſdem Petri Eremitæ coætaneus. Vt enim ex vita illius conſtat centies quotidie genuflectebat, & quinquagies in ſuper proſtrato corpore digitorum articulis ſubleuato: atq; ad ſingulas genuflectiones ſalutationem recitabat Angelicam. Vnde Pſalterij Deiparæ Virginis primordia *ab Ordine* Benedictino promanaſſe, haud leuis authoritas eſt. ℟. Dignare me laudare te Virgo ſacrata, da mihi virtutem contra hoſtes tuos, expugna impugnantes me. I n veritate tua diſperde illos, qui extulerunt caput, & poſuerunt ſigna ſua ſigna in medio ſolemnitatis tuæ. ℣. Mille clipei pẽdent ex te omnis armatura fortium. In veritate, &c.

Lectio VII.

LOngo verò poſt tẽporẽ Beatus Dominicus cũ Albigenſium hęreſim expugnaret hanc Roſarij deuotionem inſtituit etiam, ſingulariter auxit, ac mirifice propagauit. Quam poſteà authoritas Sixti quarti, aliorumque Pontificũ indulgẽtijs item conceſsis inte[illegible] Ro-

ſarium

ſarium, ſeu aliquam partẽ illius recitantibus, premuniuit. Reſp. Magnificat anima mea Dominũ Et exultauit ſpiritus meus, in Deo ſalutari meo, ſpes omnium finium terræ. I n mari longe. Verſ. Fecit potentiam in brachio ſuo, diſperſit ſuperbos mẽte cordis ſui. I n mari, &c.

Lectio VIII.

P Orrò cùm anno Domini millesimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo, Octobris die ſeptima, Chriſtiana claſsis Ioãne Auſtriaco Duce, de claſſe Turcarũ potentiſsima, & anteactis victorijs nimis inſolente ad inſulas Echinades, inſigne reportaſſet trophęũ, Summus Põtifex Gregorius decimus tertius victoriã piê credens ope, & auxilio Virginis partam (in eius quippe obſequium, die illa, prima tunc Dominica eiuſdem mẽſis, factæ fuerant ex more ſupplicationes Roſarij) in gratiam tanti beneficij ſanciuit, vt vbicunque Roſarij ara foret eiuſdẽ ſolẽnitas hac ipſa Dominica celebraretur. Cũ iam Pius V. ipſa de cauſa commemorationem Sãctæ Mariæ de Victoria, prædicta die ſeptima quotannis fieri, haberet inſtitutum.

℟. In hymnis, & confeſsionibus benedicite Dominum, benedicite, laudate, & ſuper exaltate eum in ſæcula. Q ui magna fecit in Iſrael, & victoriam dedit populo ſuo in his ſacris ſolemnijs præcelſæ genitricis ſuæ. ℣. Aue Maria gratia plena Dominus tecum. Q ui magna, &c. G loria Patri &c. Ad Cant. Aña. Salue Virgo pulchra roſa, flos de ſpinis ſpina carens, noſtræ ſtirpis gloria.

Si transferatur: Lect. x. diuidatur in duas, ita vt Lect. xi. incipiat à verbo, Ideo autem, &c. & pro Reſp. 12. dicatur quod eſt 1. in Offic. paruo. Sancta & Immacul. Virginitas, quibus te laudibus efferam, &c.

¶ Miſſæ Officium vt in Natiuitate 8. Septembris. Oratio. vt ſuprà.

Die XX.

IN FESTO S. IRAENAE Virg. & martyris. Duplex.

Oratio.

D Eus qui cęleſti indicio Beatam Irænam Virginem, & martyrem tuam ab infamia liberaſti, concede propitius, vt eius meritis & precibus à peccatorum noſtrorum maculis emũdemur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.

In I. noct. lect. Confitebor, &c. de communi. Lectio V.

I Ræna Virgo nobili generẽ nata, Patre Hermigio, Matre Eugenia apud Nabantiam Luſitaniæ oppidum à prima ætate religioſè educata, Monaſticæ diſciplinæ ſub regula ſãcta, Beati Patris Benedicti inſtitutum



BIBLIOTECA NACIONAL DE LISBOA

ſuſcepit, & ab Abbate Selio eius auunculo Remigio Monacho ſanctiſsimis religionis moribus, & literis erudienda traditur.

Lectio VI.

ERat tunc temporis Nabantia ſub Imperio Caſtinaldi, cuius vnicus erat filius Britaldus nomine. Hic propter improbum in Irænam amorem in morbum incidit: quem illa diuinitus monita inuiſit, & â nefario amore diuinis ſuaſionibus, auertit, manuque tangens priſtinę valetudini reſtituit. Transacto biennio Remigius magiſter cæpit etiam virginem deperire, illamque impudicè compellare auſus eſt. Sed Iræna caſtitatis amantiſsima licentioſã libidinem conſtanter obiurgat, ac repellit.

Lectio VII.

OBſcæna igitur incaſſum iaculata ſagita, in peius ruens Remigius maleficæ herbæ potionem virgini propinauit, quę illius hauſtu intumeſcẽs aluum geſtare videbatur. Id cũ Britaldus audiſſet, contemptũ ſe ab Irǽna credens, militẽ adhortatur ac iubet, vt eã occidat: Qui inſontem virginem explorans, in horto tandem cænobij noctu orantẽ adorſus, impio ferro transfixit illibatę virginitatis florẽ proprio ſanguine purpuriſſans. Cuius adhuc innocentiam ipſã teſtãtur lapilli, qui in vicino martyrij fonte ſanguineis (vt ferũt) gutulis reperiuntur diſtincti.

Lectio VIII.

EXanimatum denique Irænæ corpus in fluuium Nabànim â milite proiectũ ad gurgitem vſq; Tagi ê regione Scâllabis defertur, ibiquê in ſepulchro marmôreo conditũ, ab Abbate Sêlio (cui Deus totam negotij ſeriẽ reuelatione patefecit) occurrẽtiumq; fidelium deuotione, aquis fluuij interim repreſsis, inuenitur. Cumq; illinc euelli nequaquã poſſet præciſis capillorum, & intêrulæ reliquijs miraculis poſtea nobilitatis, Tagus in alueũ refluxit, theſaurumq; ſibi concreditum aqueo velo texit: eius tamen præſentiam miracula prodũt. Paſſa eſt Iræna anno Dñi ſexcenteſimo quinquageſimo tertio. Homil. in Euãg. Simile eſt regnũ cælo. decem virgin. vt in communi. ¶ Miſſæ Introitus Loquebar. de commun.

---

FESTA NOVEMBRIS, Die XIIII.

Fiat officium ſolemne Defunctum pro fratribus noſtris defunctis, & vnica tantũ dicatur hæc Oratio. Deus veniæ largitor, &c. Die XVIII.

Fiat officiũ dupl. de S. Romano martyre in proprio tantum Monaſterio.



ſiſtim

Feſtum autem Baſilicarum SS. Petri, & Pauli transferatur ibidem in primam diem nõ Impeditã. Oratio. Præſta quæſumus omnipotẽs Deus, vt qui, &c. de cõm. vnius martyr. &c.

In I. Noct. Lection. de ſcript. currente.

Lectio V.

ROmanus primæ inter Antiochenos nobilitatis Chriſtianæ religionis ob cruantiſsimus Chriſtianum populũ multis hortatibus animabat, vt nullo perſequutionis metu à fide reſiliret: id vbi cognouit Aſclepiades præfectus eum comprehendi, grauiterque obiurgatum, quod ſignifer eſſet Chriſtianorũ equuleo tẽdi iubet. Verberibus deindè cæſus inter verberum ictus multis mirandiſq; verbis in Deorum falſorum cultum inuectus eſt.

Lectio VI.

ROmani verò corpus ferreis pectinibus, & vngulis rectis, & tranſuerſis ſulcis totum arant, & laniant carnifices quos irridens Romanus, & maiori eloquentia Chriſti laudes perſonans iudici ſuadet, vt ſeptemnẽ puerum interroget, eſſẽt ne vnus, an plures Dij, ductuſque ad Aſclepiadem de plebe puer, conſtanter ad interrogata reſpondit. Et Deum non niſi vnũ eſſe, & Deum eſſe Chriſtum.

Lectio VII.

STupuit pueri reſpõſo Aſclepiades, & quis talia illum docuerit, interrogat; Cui puer reſpondit, à matre ſe illa didiciſſe ab incunabulis. Matrẽ ergo ad tribunal ſiſti iubet, & coram ea puerum viminibus acerbiſsime flagellari, matre adhortante, alacri vultu puer verbera ſuſtinuit. Rurſuſq; Romanus torquetur, cuius fortitudo, cum carnifices delaſſaſſet, Aſclepiades puerum capite truncari, & Romanum incenſa pira exuri præcepit.

Lectio VIII.

QVod cum fieri non poſſe Romanus prædiceret( nã flammarum globos ingens cælitus imber extinxit) ei linguã radicitus abſcindi imperat vt vel mutum ad ſacrificandum cogat. Sed tanto verborum turbine in Deorum inſanum cultũ detonuit Romanus elinguis, vt confuſus Aſclepiades trudi illum in carcerem præceperit, & à lictore fune ſtrãgulari quarto decimo kalendas Decembris Galerio Valerio Imperatore.

Homil. in Euãg. Siquis venit, &c. de commu. vnius martyr. ¶ Miſſæ Introitus. In virtute tua, &c. de com. vnius mart. non Pontif. Euangelium. Siquis venit&c. vt in commune vnius mart. Pont.

# FESTA DECEMBRIS.

## Die V.

IN FESTO S. GIRALDI Archipiſ. Bracharenſ. dup.
Oratio. Exaudi quæſumus,&c. de cõm. Deinde fiat commem. Aduentus, & S. Sabbæ Abbat. (Qui ſi venerit extra Dominicam dicatur in veſp.
℣. Iuſtum ded.&c. & in laud. Añã. Hic vir deſpic. Verſ. Amauit eum,&c.)

Lectio V.

GIraldus in Gallia apud Cadurcos nobiliſsimis natalibus ortus ab ipſa pueritia in cænobio Moyſiaco ſub regula S.P.Benedicti enutritus ſapiẽtia & regulari diſciplina valde profecit. Quapropter cũm Moyſiaco minora aliquot Monaſteria ſubeſsent, ijs viſitandis Monaſticaque diſciplina ſtabiliendis Giraldus præficitur. Quo munere præclarê functus eſt.

Lectio VI.

DEindê inHiſpaniam veniens. Cantoris dignitatem priús habuit in Toletana Eccleſia,ſub Bernardo Monacho quoque Benedictino primoque illiusEccleſię pręſule, poſt Maurorum expulſioné : Bracharẽnſis verô poſtea ( in qua religioſe colitur,& quieſcit) meritiſsimus creatur Antiſtes : Romamque adiens â noſtrô Paſchali ſecũdo honorificê exceptus, pallium & metropoliticam in integrum dignitatem , barbaricis cladibus Bracharẽſi vrbi inflictis, intermiſſam recuperauit.

Lectio VII.

BRacharam reuerſus,ita pręclarè ſe geſsit, tantoq; virtutum ſplendore enituit,vt iam non ſimpliciter Archiepiſcopus, ſed Archiepiſcopus Sanctus ab omnibus vocitaretur. Cum ergo in Prouincia Transmontana miniſterium ſuum implens verſaretur, in pago cui nomen Bornes eſt, grauiter ægrotare cępit. Vnde ad fores Eccleſiæ lectum ſibi parari fecit , & Dominicis ſacramentis deuotiſsime ſuſceptis animæ egreſſum cæliquè viam præmuniuit.

Lectio VIII.

CVmq; iãm tandém horá ſui obitus adeſſe cognoſceret, in cilicio, ac cinere ſe collocari præcepit eleuatiſq; manibus, ac erectis in cælum oculis *pœnitentiales* Pſalmos cũ clericis decantans immaculatũ emiſit ſpiritum anno milleſſimo cẽteſimo nono. Corpus exanime ſuauitér cæpit olêre , quod viuens ille aliquandiu ferrea catena conſtrinxerat, ſuperſtite adhuc pignore ; celebres enim apud Bracharẽnſes ſunt Giraldi catenæ ægris opem ſæpe , ac ſanitatem ferentes.

Reſponſ.

Homil. in Euang. Homo quidam peregre, &c. de cõmun.

¶ Miſſæ Introitus. Statuit ei, &c.

Die XVI.

Añæ. Quæ in proprio de tempore aſsignantur ad Laud. pro ſex Ferijs ante Natiuitaté Dñi propter Feſtum Expectationis, quod locum maius occupat incipiant imponi. 16. die Decembris. Eo verò anno quo prædictum feſtum occurrit Feria. 3. incipiant imponi Die 15.

Die XVIII.

IN FESTO EXPECTATIONIS Beat. Mariæ dup. 2. claſ. Omnia, fiãt, vt in Feſto Annũciationis 25. Martij.

Si Feſtum Expectationis incidat in Feriam 5. Quatuor temporum lectio 12. non erit de Homilia Feriæ, quia eſt eadem cũ Homilia Feſti Reſponſorium tamen 12. erit primum de Feria. Clama in fortitudi, &c.

¶ Miſſæ officium vt in feſto Annuntiationis.

---

OFFICIVM.

Gaudiorum Beatæ Mariæ.

¶ Feria ſecunda poſt Dominicam in Albis celebretur Feſtum Gaudiorum Deiparæ Virginis dupl. maius. In ſecundis vero veſperis Dominicæ prædictæ fiat com. ſequentis feſti Gaudiorum cum Ané. Regina cœli, &c. ℣. Gaude & lætare, &c.

Oratio.

PRoſit nobis ſemper omnĩpotens Pater, & præcipue inter hæc Paſchalia filij tui ſolemnia, continuata genitricis illius memoria, quę & aſtitit vulnerata caritate in cruce pendẽti, & aſtat à dextris Regina in Cœlo regnanti. Per eundé Dominũ, &c. ¶ Vbi autem prædictum feſtum ſolemnius cõſueuit celebrari. fiat dupl. ſecund. claſ. proindeque ibi in primis veſp. totum de feſto cũ comm. Dominicæ. Et quæ hic ſpecialiter nõ aſsignantur, ſumantur à Feſto Natiuitatis eiuſdem virginis Septemb. 8.

Ad Matutin.

Inuitatorium Congratulemur Virgini Matri, Chriſtũ eius Filiũ adoremus Dominum Allel.

In 1. Noct. Ana. (ſub qua dicantur omnes ſex. Pſalmi) Gaude glorioſa ſuper omnes ſpecioſa, vale valde decora Alleluia. ℣. Specie tua, & pulchritud. &c.

Lectio I.

De Canticis Cantic. *Cap. I.*

DVm eſſet Rex in accubitu ſuo nardus mea dedit odorem ſuum. Faſciculus mirrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur. Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi. ℟. Conſurge, cõſurge induere fortitudiné brachium Domini, Induere veſtiméntis gloriæ ſuæ Allel. ℣. Exurge

urge pſalteriũ, & cithara. I n duere, &c.

Lectio II. *Cap. 2.*

D Ilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia, donec aſpiret dies, & inclinẽtur vmbræ. Reuertere: ſimilis eſto, dilecte mi, capreæ hinnuloque ceruorũ ſuper mõtes Bether. ℟. Cõſolabitur Dominus Sion, cõſolabitur omnes ruinas eius: P onet deſertũ quaſi delicias, & ſolitudinem eius quaſi hortum Domini Allel. ℣. Gaudium & lętitia inuenietur in ea, gratiarũ actio, & vox laudis. P onet, &c.

Lectio III. *Cap 5.*

A Diuro vos filiæ Hieruſalẽ, ſi inueneritis dilectũ meum, vt nuncietis ei, quia amore lãgueo. Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto ô pulcherrima mulierũ? qualis eſt dilectus tu' ex dilecto, quia adiuraſti nos? Dilectus meus candidus, & rubicundus electus ex milibus. ℟. Quieſcat vox tua â ploratu, & oculi tui â lachrimis. Q uoniâm flos campi, & lilium conuallium, quod ex te Virgine ortum eſt, iã ſurrexit, & refloruit Alleluia. ℣. Imber abijt & receſsit, flores apparuerunt in terra noſtra. Q uoniam flos, &c.

Lectio IIII. *Cap. 2.*

E N dilectus meus loquitur mihi ſurge propera amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni. Iam enim hyems tranſijt, imber abijt & receſsit. Flores apparuerunt in terra noſtra, tempus putationis aduenit: vox turturis audita eſt in terra noſtra: ficus protulit groſſos ſuos; vineæ florentes dederunt odorem ſuum. ℟. Exultabo lætabunda, & laudans.

Q uia vidi gloriam Domini, & decorem Dei mei noui diluculo Alleluia. ℣. Omnes gentes plaudite manibus iubilate Deo in voce exultationis.

Q uia vidi, &c. G loria, &c.

¶ In II. Noct. Aña.

G aude Mater Virgo pura, certa manens & ſecura, quôd hæc tua gaudia non ceſſabunt, Alleluia. ℣. *Adiuuabit eam, &c.*

Lectio V.

Ex libro S. Anſelmi Epiſcopi de excellentia B. Virginis.

*Cap. 6.*

I Ntendamus fratres mei, ſupra dum gaudij Beatiſsimæ Virginis exultationem, qua replebatur in conuerſatione ſecum adhuc in carne mortali de gentis filij ſui conſiderare nitemur in ipſo noſtri animi niſu defecimus, & eam vltra omnem humanum intellectum, magnã, & mirandam eſſe aduertimus. Reſp. Laudate cœli, & exulta terra, iubilate montes laudem. Q uia ecce ego creo Hieruſalẽ, exultationem, & populum eius gaudium Alleluia. ℣. Non audietur in ea vltra vox fletus,

Vox

& vox clamoris. Q uia,&c.

Leccio VI.

SI ergo tam magna fuit tūc cum ipſum bene ſciret paulô poſt moriturum,quæ vel quāta putatis fuit, tunc cum ipſum iā calcatis mortis legibus reſurrexiſſe, non ſolum in æternum victurum, ſed & Cœli & terræ, Omnique creaturæ perenni iure dominaturum ? Nolo hanc immēſitatem gaudij eius penetrare quis laboret : quoniā quæ ipſis Angelis Dei eſt admiranda, & impenetrabilis, nô facile crediderim quôd cuiuis homini mortali poſsit eſſe penetrabilis. ℟. Lauda filia Sion, iubila *Iſrael*, lætare & exulta in omni corde. Q uia erit tibi Dominus in lucem ſempiternā,& cōplebuntur dies luctus tui, Alleluia. ℣. Nō ôccidet vltra Sol tuus, & Luna tua non minuetur, Q uia,&c.

Lectio VII. *Paulo Poſt.*

GAudium itaque ei erat in Cœlo,& gaudium in terra. gaudium inſuper in omni creatura.Gaudiū in Cœlo, quia fructus ventris eius benedictus iam erat victor mortis, & orbis, in Cœlo regnabat, & cuncta cæleſtis curiæ agmina in æſtimabili magnificentia lætificabat. Gaudium in terra: quoniam eorum pro quorum ſalute Matrem Dei ſe factam ſciebat, abiecto iugo diaboli; â quo captiui tenebantur, liberam in ipſam ſalutem currere conſpiciebat. In omni quoque creatura gaudium habuit, eo quod illam à priſtina oppreſsione erui, & ad illum ad quem facta fuerat ſtatum redire vidit.

℟. Lætitia ſempiterna erit ſuper caput eius, gaudium & lætitiam tenebit, fugiet dolor , & gemitus á corde eius. A lleluia, alleluia, alleluia. ℣. Lætare Hieruſalem vrbs perfecti decoris, gaudium vniuerſæ terræ. A lleluia,&c.

Lectio VIII.

ISta fratres dicimus dulce habentes, & vos dulce habere cupientes, ſæpe vos voluere in memoria amorē & gaudiū huius dominæ, quibus iugi exundantia in Deum, & Deo iucundabatur tota illius ſubſtantia. Nihil enim vtilius poſt Deum memoria matris eius , nihil ſalubrius meditatione pij amoris,quo feruebat in memoria , & contemplatione filij ſui, nihil iucundius pertractati gaudij eius.

℟. Congaudete mecum quoniā inueni dragmam , quam perdideram. I nueni quem diligit anima mea, tenui eum nec dimittam Alleluia. ℣. Obliuioni traditæ ſunt anguſtiæ priores , abſconditæ ſunt ab oculis meis. I nueni,&c. G loria patri,&c.

In III. Noct. Aña Cantate virgini canticum nouū, quia hodie

hodie gaudens gaudet in Domino, Alleluia. Verſ. Elegit eam, &c.

Lectio IX.

Lectio ſancti Euangelij, ſecundum Ioannem.

IN illo tempore, ſtabat iuxta Crucem Ieſu Mater eius, & Soror Matris eius Maria Cleophæ, & Mariæ Magdalene, Et reliqua.

Homilia S. Ambroſij Epiſcopi.

*Lib. 10. in Lucam. Cap. 35.*

TEſtabatur de Cruce Chriſtus, & teſtamentum eius ſignabat Ioannes. Dignus tanto teſtatore teſtis bonum teſtamentum non pecuniæ ſed vitæ, quod non atramento ſcribitur, ſed ſpiritu Dei viui, Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis.

℟. Torrentem iuxta Crucem pertranſiuit anima mea, ſed ſecundum multitudinem dolorũ meorum. Conſolationes tuæ lætificauerunt eam, Alleluia.

℣. Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Conſol. &c.

Lectio X.

SEd nec Maria minor, quæ vt Matrem Chriſti decebat, fugientibus Apoſtolis ante Crucem ſtabat, & pijs ſpectabat oculis filij vulnera, quæ ſpectabat nõ filij mortem ſed mundi ſalutem. Aut fortaſſe quia cognouerat per filij mortem mundi redemptionem, aula regalis putabat ſe, & ſua morte publicò muneri aliquid addituram.

℟. Conuertiſti Domine planctum meum in gaudium mihi concidiſti ſaccum meum. Et circumdediſti me lætitia, Alleluia. ℣. Oſtendiſti mihi faciem tuam, ſonuit vox tua in auribus meis. Et circumdediſti, &c.

Lectio XI.

SEd IESVS non egebat adiutore ad omnium redemptionem, quia dixit Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber. Suſcepit quidem matris affectum, ſed non quæſiuit hominis auxilium.

℟. Lætamini cum Hieruſalem & exultate in ea omnes, qui diligitis eam. Gaudete cum ea gaudio vniuerſi, qui lugebatis ſuper eam Alleluia. ℣. Lætamini cœli, & qui habitatis in eis Gaudete, &c.

Lectio XII.

DOcet lectio, quid maternus debeat affectus imitari, quod ſequi reuerentia filiorum, vt illæ ſe offerant in filiorũ periculis: illis ampliius ſollicitudo materna, quã ſuæ mortis mæſtitia ſit dolori.

℟. Egredimini filiæ Sion, cõcurrite feſtinantes videte veſtram matrem Mariam in diademate, quo coronauit eam Dominus in die Reſurrectionis ſuæ, & in die lætitiæ cordis eius.

℟ ſallite, & hymnum dicite. Alleluia. ℣. Laudate eam in timpano, & choro, laudate eam in chordis, & organo. P ſallite, &c. G loria, &c.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Ioannem.

IN illo tempore ſtabat iuxta Crucem IESV Mater eius, & ſoror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalenæ. Cum vidiſſet ergo Ieſus Matrem, & diſcipulum ſtantem, quem diligebat, dicit Matri ſuæ. Mulier ecce filius tuus, Deinde dicit diſcipulo. Ecce Mater tua. Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſua.

AD LAVDES, & per Horas Aña. 1.

ECce decorem indutus eſt Dominus, quẽ carnis velo induiſti Virgo Mater, Allel. Pſal. Dominus reg. cum reliquis. Aña. 2. Introite in conſpectu eius, & dicite Alleluia, Filius tuus viuit, & ipſe dominatur in omni terra Alleluia.

Aña. 3. Apparuiſti Domine, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam, Alleluia.

Aña. 4. Gaudete cum ea gaudio vniuerſi, qui lugebatis ſuper eam Alleluia.

Aña. 5. Surrexit Dominus, & propoſuit Hierusalem in principio lætitiæ ſuæ, laudate nomen eius Alleluia.

℣. Gaude & lætare Virgo, &c.

Aña. Ad Benedictus.

Regina Cœli lætare, &c.

¶ Miſſa Votiua de tempore Paſchali Oratio, vt ſuprà. In ſecundis veſper. Antiphonæ, de Laud. cætera vt in primis.

## DE OFFICIIS VOTIVIS

1. Singulis menſibus (Extra Quadrageſimam, Tempus Paſchale, & Aduentum) prima die feriali, quæ occurit, feſto aliquo tranſlato, vel votiuo, Dominica retrocedente, vel Octaua, Vigilia, vel quatuor temporibus non impedita, fiat ſecundum rubr. generales Officium ſimplex, de S. P. Benedicto vt infrà.

2. Secunda quoque die feriali cuiuſque menſis tempore prædicto ſimpliciter non impedita, fiat (vt infrà aſsignatur) officium ſimplex de Patrono in ſingulis Monaſterijs, illis tantũ exceptis quæ ſpecialem Patronum habent S. P. Benedictum.

3. Omnibus Ferijs quintis per annum, vt ſuprà non impeditis, (omni tempore quo fit de Beata Maria in Sabbato) fiat officiũm ſimplex, de Corpore Chriſti, vt infrà.

4. Ferijs Sextis (Extra Quadrageſ. tempus Paſchale, & Aduentum) vt ſupra non impeditis, in Monaſterio tãtum Scalabitano. Officiũ ſimplex Chriſti Domini Crucifixi vt infra

OFFICIVM VOTIVVM S. P. Benedicti prima die feriali menſis celebrandum.

Ad veſp. Capitul. *Eccleſ.* 45.

DIlectus Deò, & hominibus, cuius memoria in benedictione eſt ſimilem illum fecit in gloria Sanctorum, & magnificauit eum in timore inimicorũ, & in verbis ſuis monſtra placauit. ℟. Os iuſti medit, &c. vt in cõmun. Hymnus.

BEnedictum Monachorum
veneretur concio
Et in Patre Filiorum.
Accreſcat deuotio,
Quo creuit in via morum
Sancta conuerſatio.

Sacris literis imbutus
Statu pueritiæ
Vias Patrum eſt ſequutus,
Dono ſapientiæ.
Poſt â Deo conſtitutus
Præeſſe Familiæ.

Seruus prudens, & fidelis
In lucernam poſitus
Vitæ Liæ, vel Rachelis
Alternatim deditus
Quem exornat Samuelis
Prophetalis ſpiritus.

Nâm prædicit quid futurum
Foret Regi Totilæ,
Obtuetur cor obſcurum
Et impreſcrutabile
Præuidet ſe moriturum
Tempus ſignans labile.

Via fratri reuelatur
Coruſca lampadibus
Qua vir ſanctus deportatur
A ſupremis ciuibus
Et in Cœlo collocatur
Cum ſummis principibus.

Regi regum immortali
Honor, laus, imperium
Qui det nobis tanti mali
Vincere naufragium
Vt cum palma triumphali
Detur nobis præmiũ. Amen. ℣. Ora pro nob. B. P. N. Bened. &c.

Aña. ad Magn. Sanctiſsime cõfeſſor Domini, &c. Oratio. Interceſsio nos quæſumus Domine Beati P. Noſtri Benedicti, &cet. Si iam dicta ſit in veſp. dicatur loco illius Excita quæſumus Domine, &c. vt in cõm. quotidam. Ad matut. Inuit. Regem Confeſſorum Dominum, &c. Hymnus.

FRacta reſtauras prece præ- (potenti
Frangis oblatum cruce mortis (hauſtum
Currit ignarus Monachus per (vndas
Teque iubente,

Verberas fratrem, fugit hoſtis (atrox
Ad manus ferrum redit è pro- (fundo
Præcipis rupi võmit illa riuos
Arua rigantes.

Ales agreſtis ſibi iuſſa complet
Lora conſtricti piè viſu ſoluis
Cõſpicis mũdum radio ſub vno
Raptus ad aſtra.

Mortuos vitæ reuocas precãdo
Corda multorum penetrans pro- (phetã

(pheta

Cernis ad Cœ'os animas leuari
Clarificatus.

L audet exultans Deitas creatrix
Te chori noſtri iubilus perénis
Qué poli iungas ſuperis choreis
Quæſumus omnes. Amen.

Verſ. I. Noct. de communi Confeſſ. non Pontific. vt in Pſalterio. Abſolutio varietur ſecũdũ dies iuxta Rubr. generales. Benedic. Ille nos benedicat, &c.

Æſtatis tempore dicantur ſequentes Lectiones niſi opus ſit ponere aliquod Initium Scripturæ. Idemq; ſeruetur in alijs Votiuis. Lectio I.

De libro Eccleſiaſtici c. 48.

QVis poteſt ſimilitér ſic gloriari tibi? Qui ſuſtuliſti mortuũ ab inferis de ſorte mortis in Verbo Dñi Dei. Qui deieciſti Reges ad perniciẽ, & cõfregiſti facilê potẽtiã ipſorũ, & glorioſos de lecto ſuo. Qui audis in Sina iudiciũ, & in Horeb iudicia defẽſionis. Qui vngis Reges ad pœnitẽtiã, & prophetas facis ſucceſſores poſt té ℟. Noſtræ congaudentès peregrinationi expectemus (inquit Beatus Maurus) conſolationem Domini, & per omnia veſtigia Patris noſtri ſáctiſsimi Benedicti imitari ſatagamus, qui tantam â Dño promeruit gratiã ℣. t nemini poſt beatos, & primos Apoſtolos vnquã fuerit ſecũdus ℣. Quis poteſt ſimiliter ſic gloriari tibi. t nemini, &c.

Lectio II.

Bened. Cuius memoriam colimus ipſe, &c.

QVi ſcriptus es in iudicijs tẽporum lenire iracundiã, Dñi: cõciliare cor Patris ad Filiũ & reſtituere tribus Iacob. Beati ſunt, qui te viderunt, & in amicitia tua decorati ſunt, nam nos vita viuimus tantũ, poſt mortẽ autem non erit tale nomẽ noſtrum. ℟. Ite & rupem illam in qua tres ſuper inuicem poſitas petras inueneritis in modicum cauate, valet enim omnipotens Deus in illo etiã mõtis cacumine aquã producere. Qui euntes rupẽ montis iam ſudantem inuenerunt. ℣. Conuerit petram in ſtagna aquarũ, & rupẽ in fontes aquarũ. Qui, &c. Lectio III.

Bened. 3. Ad ſocietatẽ, &c.

Ex libro ſecundo Dialogorum S. Gregorij Papæ,

MIra ſunt & multũm ſtupenda, quæ de viro Dei Benedicto dicis. Nam in aqua ex petra producta Moyſen, in ferro verô quod ex profundo aquæ redijt Eliſæũ, in aquæ itinere Petrũ, in corui obedientia Heliam, in luctu autẽ mortis inimici Dauid video, & perpendo: Vir iſte ſpiritu iuſtorũ omnium plenus fuit. ℟. Ad imperiũ viri Dei Benedicti coruus aperto ore, expanſis alis circa panẽ veneno infectum cœpit diſcurrere, & crocitare, ac ſi apertẽ diceret ſe obe-

dire velle, & tamē iuſſa implere nō poſſe. Sed vrgente imperio, momordit eū leuauit & receſsit. ℣. Fortitudinem & gloriam dedit tibi Dñs, aues quoque cæli dedit in manu tua. Sed,&c. Gloria Patri,&c.

¶ Hyemis tempore prima,& ſecūda Lectio de ſcript. occurēte.

℟. 1. Exutus indumento nudū ſe in ſpinarū aculeis, & vrticarum incendijs proiecit, ibique diu volutatus toto ex eis corpore vulneratus exijt, & per cutis vulnera eduxit â corpore vulnus mentis, Quia voluptatem traxit in dolorē. ℣. Iuſtus germinabit ſicut lilium, ſicut lilium inter ſpinas. Quia,&c.

℟. 2. Innocēs quidam â tyranno ligatus corā Beato Patre ſuperbê trahitur, quē cum vir Dei reſpiceret Oculis tātûm vinculâ ſoluit. ℣. Aſpexit & diſſoluit inſontem contrita eſt ſuperbia ſæculi. Oculis,&c.

Lectio III.

Ex libro ſecundo Dialogorū S. Gregorij Papæ. *Cap.* 37.

EAdem die qua vir Domini Benedictus vltimum ſpiritum inter verba orationis efflauit, duobus fratribus vni in cella cōmoranti alteri autē longius poſito, reuelatio vnius atq; indiſsimilis viſionis apparuit. Viderunt namquê quia ſtrata palijs atquê innumeris coruſca lampadibus, via recto Orientis tramite ab eius cella in cœlum vſque tēdebatur. Cui venerando habitu vir deſuper clarus aſsiſtēs cuius eſſet via , quâm cernerēt inquiſiuit. Illi autē ſe neſcire profeſſi ſunt. Quibus,ipſe ait: Hæc eſt via, qua dilectus Domino cęlum Benedictus aſcendit. ℟. Parū olei quod in vaſe vitreo remanſerat petēti egeno iubet tribui, iuſsione tamen non impleta ne quid in cella per inobedientiam remaneret, vas ipſum præcepit per feneſtram proijci, quod In ſaxorum præcipitium cadens , nec fractum eſt, nec oleum effuſum ℣. Mirificauit Dominus *miſericordias tuas, qui ſaluos facit* ſperātes in ſe. In ſaxorum Gloria Patri, &c.

In II. Noct. Cap. *Eccleſ.* 39.

NOn recedet memoria eius & nomen eius requiretur â generatione in generationem ℣. Gloria, & diuitiæ in domo eius. ℟. Et iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.

AD LAVDES ET per Horas Aña.

FVit vir vitæ venerabilis gratia Benedictus, & nomine. Aña. 2. Dum in hac terra eſſet quô temporalitêr liberê vti potuiſſet, iam quaſi aridum mundum cū flore deſpexit. Aña. 3. Tanti fuit meriti, vt eius corpus etiam terra proiecerit, qui Benedicti gratiam nō habeant. Aña. 4. Bene-

4. Benedicat orbis Dominum, quem ſub vno Solis radio Benedictus omnem collectũ conſpexit. Aña. 5 Omnis ſpiritus laudare eum, qui omnium iuſtorum ſpiritu plenus fuit.

Capit, vt in veſp. ℟. Amauit eũ Dominus, &c.

Hymnus.

R Vſticũ ſolo Benedicte nutu
Solueras vinclo miſerũ re-
(naci
Solue nũc ſacris precibꝰ maligno
Corda reatu.
H auſeras ſaxo laticem rigenti
At modo noſtri lapidẽ reſcinde
Pectoris, fletu queat vt ſalubri
Tergere ſordes.
C onteris ſigno ciathum potẽti
Nec tibi virus nocuit paratum
Sic tuos ſemper tueare fædo
Criminis hauſtu.
V t pij tandèm meritis magiſtri
Ritê cæleſti potiamur aura
Atq; diuinæ reſonemus omnes
Cantica laudis.
G loria Patri Dominô perẽnni
Atque ſublimi genito canamus
Cum quibus ſceptro paracletus
Perpete regnat. Amen. (ardens

℣. Ora pro nobis, &c. Antiph. ad Bened. O beati viri, &c. vt in commemorat. communibus.

Ad tertiam Cap. Dilectus Deo, &c. Vt in veſp. ℣. Amauit eum Dominus, &c.

Ad ſextam Cap.

*Eccleſ. 45*

G Lorificauit illum in conſpectu Regum, & iuſsit illi côram populo ſuo, & oſtendit illi gloriam ſuam.

℣. Os iuſti, &c.

Ad Nonam Capit.

*Eccleſ. 44.*

B Enedictionem omnium gẽtium dedit illi Dôminus, & teſtamentum ſuum cônfirmauit ſupra caput eius.

℣. Lex Dei eius in côrde, &c.

---

## OFFICIVM VOTIVVM

Patroni ſecunda die Feriali cuiuſque menſis celebrandum vt ſupra dictum eſt.

In his votiuis verſus primi Noct. abſolutiones, & Reſponſoria poſt lection. varientur ſecundum dies (iuxta Rubr. generales) Benedictiones item ſimiliter, dicantur. Hyemis tẽpore I. & II. Lectio dicatur de Script. currente. Tertia vero ſemper, vt infra aſsignatur.

---

In Monaſterij.

SALVATORI DICATIS

Omnia ſumantur ex feſto Transfigurationis 5. Auguſti præter ea quæ hic aſsignantur.

Reſponſor. autem breuia poſt Capitul. tum in veſp. tum in Laudib. (iuxta Regulam c. 15. & verſus item ad Horas dicantur ſine Aleluia.

Ad Complet. & per Horas in fine

Hymnor. dicatur Gloria tibi Domine qui apparuiſti hod. &c.

Ad Magnifica. Ana.

Et ecce vox denube dicens; Hic eſt Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui ipſum audite.

Oratio.

FAc nos quæſumus Domine ad illam tuæ claritatis viſionem pertingere, quam diſcipulis tuis in monte transfiguratus oſtendiſti: Qui viuis, & regnas cum Deo Patre in vnitate, &c.

Præcedens Aña. & Oratio dicatur etiam in commemor. communibus tum ad Veſp. tum ad Laud. in prædictis Monaſterijs.

In I. Noct. Aeſtatis tempore Lect. I. Fratres iuſtum autem, &c. Quæ eſt II. eiuſdem feſti præmittatur tamen titulus hic, De Epiſtola 2. Beati Petri Apoſtoli Lect. II. Non enim doctas fabul. quæ eſt 3. eiuſdem feſti Lect. III. Aperis Dominus, &c. quæ eſt V. eiuſdem feſti.

In II. Noct. Capit. de Sexta, Nos omnes, &c. cum ſuo verſu Gloria & honore coronaſti, &c. Si tamen dictus iam fuerit in 2. Nocturn. dicatur Verſ. Nonæ Magna eſt gloria eius, &c. iuxta rubric. generales.

---

In Monaſterijs.

ASSVMPTIONI B. MARIAE dicatus, Omnia ſumantur ex feſto Aſſumptionis. 15. Auguſti Abſolutio, & Benedictiones, in officio paruo.

In I. Noct. Aeſtatis tempore dicatur I. & II. Lect. 1. Noct. eiuſdem Feſti Oſculetur me, &c. pro III. dicatur V. Hodie ſacra, &c. vt ibidem habetur. In II. Noct. Capit. In Iacob inhabita, &c. vt in infra oct. eiuſdem Aſſumptionis.

---

In Monaſterijs.

DOMINAE NOSTRAE de Monte Serrato dicatis, ſumātur omnia ex Officio B. Mariæ in Sabbato præter lectionē ſequentem.

Hyemis tempore lect. I. & II. de Scrip. currente.

Lectio III.

De Expoſitione S. Gregorij Papæ in lib. Reg. Cap. 1.

POteſt montis nomine beatiſsima ſemper Virgo Maria, Dei genitrix, deſignari. Mōs quippe fuit, quæ omnem electæ creaturæ altitudinem electionis ſuæ dignitate tranſcendit. An non mons ſublimis Maria, quæ vt conceptionem æterni Verbi pertingeret meritorum verticē ſupra omnes Angelorum choros vſque ad ſolium Deitatis erexit? Huius enim montis præcellentiſsimam dignitatem Iſaias vaticinans ait: Erit in nouiſsimis diebus præparatus mons domus

Domini

Domini in vertice montium. Moris quippe in vertice montiū fuit, quia altitudo Mariæ ſupra omnes ſanctos refulſit.

In Monaſterijs.
DOMINAE NOSTRAE
de Stella dicatis omnia ſumantur ex Officio B. Mariæ in Sabbato præter ea quæ ſequuntur.

Aña. Ad Magnifica.

GAude Maria Stella ſplendida, & matutina, quæ æterni luminis claritatem, Virgo inuiolata manens vniuerſo mundo edidiſti.

Quę etiā dicatur ad Benedictus.
Hyemis tempore lect. I. & II. de Scriptura currente.

Lectio III.
Sermo S. Bernardi Abbatis.
*Ex deprecatione ad Virginem.*

SIcut aurora valde rutilans in mundo progreſſa es O Maria, quando veri ſolis ſplendorem tantæ ſanctitatis iubare præcurriſti, vt verè diem ſalutis dixerim, diem propitiationis, diem quem fecit Dominus, quem à tua claritate initiari dignum fuit. Fælix aurora fælicis diei extitiſti nuntia. Talis dies talem auroram diei decuit. Et rectè quidem auroræ impleſti officium. Ipſe enim ſol iuſtitiæ de te proceſſurus ortum ſuum quadam matutina irradiatione præueniens in te lucis ſuæ radios copioſe transfudit, quibus poteſtates tenebrarum quas Eua produxerat in fugam conuertiſti, atque ita deſideratum cunctis gentibus ſolem mundo inueniſti.

AD LAVDES

Aña. Ecce maris ſtella Maria mirabiles elationes maris mirabilis ipſa ſerenat.

Pſalm. Dñs Regnauit, &c.

Aña. Iubilate Deo omnis terra, iubilate; iam enim aſcendit Aurora Maria.

Aña. In matutinis meditabor in te ſtella matutina Maria.

Aña. Benedicite ſtellæ cæli Domino, benedicite Mariam Matrem Domini.

Aña. Ecce Maria quaſi aurora conſurgens, laudate eam omnes ſtellæ, & lumen.

In Monaſterijs.
B. VIRGINI DICATIS ſub aliqua alia Inuocatione, ab ea ſumantur omnia prędicto modo (ſi habeantur propria) alioquin ſumantur, ex officio Beatæ Mariæ in Sabbato.

In Monaſterijs.
MICHAELI ARCHANGELO dicatis, Omnia ſumantur ex Feſto Dedicationis illius 29. Septembris, præter ea quæ hic aſſignantur. Bened. Ille nos benedic, &c.

Lectio I. *Aeſtatis tempore.*

Ex

Ex libro Apocalypſis B. Ioannis Apoſtoli. *Cap. 12.*

FActum eſt prælium magnũ in Cœlo Michael, & Angeli eius præliabantur cum Dracone, & Draco pugnabat, & Angeli eius, & non valuerunt, neque locus inuentus eſt eorum amplius in Cœlo. Et proiectus eſt Draco ille magnus ſerpens antiquus, qui vocatur diabolus, & Satanas qui ſeducit vniuerſũ orbem, & proiectus eſt in terram, & Angeli eius cum illo miſſi ſunt.

Lectio II.

Bened. Cuius memoriã coli. &c.

ET audiui vocem magnam in Cœlo dicentem, Nunc facta eſt ſalus & virtus, & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius: quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat illos ante conſpectum Dei noſtri die ac nocte: Et ipſi vicerunt eum propter ſanguinẽ Agni, & propter Verbum teſtimonij ſui, & nõ dilexerunt animas ſuas vſque ad mortem; propterea Lætamini Cæli, & qui habitatis in eis.

Lectio III.

Bened. Ad ſocietatem, &c.

Ex ſermone S. Gregorij Papæ. *Homil. 34. in Euangl.*

QVoties miræ virtutis aliquid agitur Michael mitti perhibetur, vt ex ipſo actu & nomine detur intelligi, quia nullus poteſt facere quod facere præualet Deus. Vnde & ille antiquus hoſtis, qui Deo eſſe per ſuperbiam ſimilis concupiuit dicens. In cœlum conſcendam, ſuper aſtra cœli exaltabo ſolium meum ſimilis ero altiſsimo, dũ in fine mundi in ſua virtute relinquetur extremo ſupplicio perimendus, cum Michaele Archangelo præliaturus eſſe perhibetur.

In II. Noct. Cap. de Sexta Audiui vocem, &c. cum ſuo verſu Aſcendit fumus aromatum, &c. Si tamen iam dictus fuerit in I. Noct. dicatur ℣. Nonæ In cõſpectu Angelorum pſal.

In Monaſterij. B. IOANNI BAPTISTAE dicatis. Omnia ſumantur ex Natiuitate illius 24. Iunij, præter orationem ſequentem, quæ etiam dicatur ibidem in Commemorat. communibus.

Oratio.

COncede quæſumus omnipotens Deus, vt qui Beati Ioannis Baptiſtæ Præcurſoris tui memoriã agimus, eius apud te meritis, & interceſſione muniamur. Qui viuis, & regnas cũ Deo Patre in vnitate, &c.

In I. Noct. dicatur 1. & 2. Lect. primi Noct. eiuſdem feſti Verba Hyeremiæ, &c. pro tertia dicatur ℣. Poſt illum Sacroſanctum, &c. vt ibidem habetur.

Do-

In II. Noct. Cap. Ecce dedi, &c. vt infra oct. eiuſdem Natiuitatis.

---

In Monaſterijs.

APOSTOLO, MARTIRI, Confeſſori, vel Sanctæ dicatis, Omnia ſumantur de proprio ſi habetur, aliâs de communi.

In I. tamē Noct. Aeſtatis tēpore dicatur I. & II. lect. Scripturæ de communi: III. quæ ſequitur.

Tempore Aeſtatis, & Hyemis.

Lectio III.

Ex ſermone S. Bernardi Abbatis, *In feſto S. Malathæ.*

EXultet in Domino ſpiritus N. quod leuatus pondere corporeæ molis nulla iam feculenta, vel terrena materia prægrauatur, quominus tota alacritate corpoream omnem, & incorpoream tranſiens creaturam pergat totus in Deum, & adhærens illi vnus ſit cum eo ſpiritus in æternum. Domum iſtam decet ſanctitudo in quatanta frequentatur memoria ſanctitatis: Patrone ſancte ſerua eam in ſãctitate, & iuſtitia miſeratus noſtri, qui inter tot & tantas miſerias memoriam abũdantiæ ſuauitatis tuæ eructamus.

In II. Noct. Cap. *Eccleſ. 39.*

NOn recedet memoria eius & nomen eius requiretur â generatione in generationem. ℣. Gloria, & diuitiæ in domo eius. ℟. Et iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.

---

OFFICIVM VOTIVVM Corporis Christi feriis quintis per annum (extra Aduentum, & Quadrageſimam) vt ſupra non impeditis ex Conceſsione Pij V. celebrandum. Omnia ſumãtur ex Feſto Corporis Christi, Reſponſoria tamen breuia ad veſp. & laud. extra tempus Paſchale dicantur ſine Alleluia (iuxta regul. cap. 15.) & verſ. licem ad omnes Horas.

Ad complet, & per Hor. in fine Hymnorum dicatur Gloria tibi Domine, qui natus es, &c.

In I. Noct. ℣. Panē cœli dedit, &c. ¶ Hyeme. prima, & ſecunda Lect. de Script. currente. Pro tertia legatur V. eiuſdē feſti Immenſitas, &c. ¶ Aeſtate vero, dicantur ex eodem feſto, prima, ſecunda, & ſexta, quæ incipit. O pretioſum, &c. in qua præmittatur hic titulus Sermo S. Thomæ Aquinatis. ¶ Reſponſoria poſt lect. â Menſe Ianuario vſq; ad Quadrageſimam ſumantur ex I. Nocturno. A Paſcha vſque ad Auguſtum incluſiuē ſumantur ex ſecundo A Septembri vſque ad Aduentū ſumantur ex tertio.

In II. Noct. Cap. Probet autem ſe ipſum, &c. vt infra Oct. prædicti feſti. Ad Laud. & per Horas Añæ. prout ibidem habentur in Laudibus.

## OFFICIVM VOTIVVM

In honore Chriſti Domini Crucifixi Ferijs ſextis ( vt ſupra dictum eſt ) in Monaſterio Scalabitano celebrandum, etiam ſi aliqua ex prædictis Ferijs ſextis ſit prima, vel ſecunda dies feriatis menſis, tunc enim Officium Votiuum S. P. Benedicti, vel Patroni in ſequentem diem ferialem ſimilitêr vel alitèr non impediteam differantur.

Ad vèſper.&c. Omnia ſumantur ex Feſto Exaltationis S. Crucis 11. Septẽbr. præter hic aſsignata. Et in Hymno ad veſp. vbi dicitur Hoc paſsionis tempore, &c. dicatur In omni ſęcli tẽpore Ad Magnif. Aña. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimoniũ perhibeam veritati. Quæ etiam dicatur ad Benedictus in Laud. Oratio.

FAc nos quæſumus Dominè Deus noſter tuam ſacratiſſimam paſsionem quaſi recentem ardenti deſiderio retinere, atquê in te ſolo Domino Crucifixo iugitêr delectari. Qui viuis & regnas, cum Deo Patre in vnitate, &c.

Ad Matutin. Inuitato. Chriſtũ Regẽ Crucifixum. Venite adoremus. ℣. In I. Noct. Adoramus te Chriſte, & benedicimus tibi. Qui per crucem tuam redimiſti mundum.

Abſolut. Ipſius pietas, &c.

Bened. Deus Pater omnipotens, &c.

Lectio I. *Aeſtatis tempore.*

De Epiſtola 1. B. Pauli Apoſtoli ad Corinthios. *Cap. 1.*

IVpæi ſigna petunt, & Græci ſapientiam quærunt: nos aũtem prædicamus Chriſtum Crucifixũ: Iudeis, quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam ipſis autem vocatis Iudæis atq; Græcis Chriſtum Dei virtutem, & Dèi ſapientiã. ℟. Circa horam nonã exclamauit Ieſus voce magna; Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me, Et inclinato capite emiſit ſpiritum. ℣. Exclamans Ieſus voce magna ait Pater in manus tuas cõmendo ſpiritum meum. Et inclinato, &c.

Lectio II. *Cap. 2.*

Bened. 2. Chriſtus perpet.

ET ego cũ veniſſem ad vòs fratres veni nõ in ſublimitate ſermonis, aut ſapientię, annuntians vobis teſtimonium Chriſti. Non enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſũ Chriſtũ, & hũc crucifixum. ℟. Adoramus te pretioſum pretiũ redemptionis noſtræ, tuas Chriſte miſerationes predicamus tuę begninitatis, & exuberantis caritatis memoriã recolimus. Tibi gloria laus, & honor. ℣. Miſericordias tuas Domine in æternum cantabo. Tibi gloria, &c.

Lectio III.

Bened. Ignem ſui amó.
Ex ſermóne S. Bernardi Abbatis de Paſsione Domini.

VBi eſt gloriatio tua ô Chriſtiane, niſi in nomine Crucifixi Dñi Dei tui, & in Chriſti nomine quód eſt ſuper omne nomen, in quo qui benedictus eſt, ſuper terram benedicetur? Gloriamini in nomine Filij Redemptoris, & date honorem illi Saluatori noſtro, qui magna fecit in nobis & magnificate nomen eius. ℟. Omnes gẽtes quaſcunq; feciſti venient, & adorabunt coram te Domine, & glorificabunt nomen tuũ, quoniam magnus eſt tu Chriſte Deus noſter, Faciens mirabilia. ℣. Extendiſti manum tuam, & ſaluũ me fecit dextera tua. Faciens, &c. Gloria Patri, &c.

In II. Noct. Cap. 1. Petr. 2.

PEccata noſtra ipſe pertulit in corpóre ſuo ſuper lignũ vt peccatis mortui iuſtitiæ viuamus, cuius liuore ſanati eſtis. ℣. Exaltate Dominum. ℟. In monte ſancto eius.

Miſſa vt in Feſto Exaltationis S. Crucis, Oratio vt ſupra

---

FORMA ABSOLVTIONIS,

quæ Feria ſecũda poſt primam Dominicam Quadrageſimæ datur ex more, & antiqua cõceſsione Apoſtolica à Paulo III. cõfirmata ex gratia, vt ſecundum tenore induſti illius omnes, ac ſingulę perſonę Ordinis noſtri abſoluũtur, ſeu abſolui poſsũt à ſuis ſuperioribus ab omnibus, & ſingulis eorum peccatis, ac ſentẽtijs, cẽſuris, & pęnis ab ipſis quomodolibet incurſis, etiam in caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis (exceptis contẽtis in Bulla Cœnæ.) Et inſuper diſpenſatur cũ illis ſuper quibuſuis Irregularitatibus, quauis occaſione, vel cauſa contractis.

Congregatis ergo omnibus in capitulo, & coram ſuperiore genuflexis incipit ille Pſalm. 50. Miſerere mei Deus, &c. quẽ cũ Conuentu alternis verſibus proſequitur, & ſedens ſingulorum capita leuiter virga percutiat. Poſt. ℣. Gloria Patri, &c. ſtans dicit Krieeleiſon, Chriſte eleiſon. Krie eleiſon, Pater noſter.

Secreto. ℣. Et ne nos inducas, &c. ℟. Sed libera nos, &c. ℣. Saluos fac ſeruos tuos. ℟. Deus meus ſperantes in te. ℣. Mittat vobis Dominus auxilium, de Sancto. ℟. Et de Syon tueatur nos. ℣. Nihil proficiat inimicus in vobis. ℟. Et Filius iniquitatis non apponat nocere nobis. ℣. Sit vobis Dominus Turris Fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi orationem meam ℟. Et clamor meus, &c. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

Deus cui proprium eſt miſerere ſemper, & parcere ſuſcipe deprecationem noſtrã, vt hos famulos tuos, quos delictorum, ſiue excommunicationis catena conſtringit miſeratio tuæ pietatis abſoluat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde dicat Conuentus, Confeſsionem generalẽ Confiteor Deo, &c. Qua finita imponat Abbas pro pænitentia Orationẽ Pater Noſter. Eamq; ſinguli ſecreto recitent. Interim dicat Abbas.

Miſereatur veſtri omnipotens Deus, &c. Indulgentiam, abſolutionem omnium peccatorũ veſtrorũ tribuat vobis omnipotens, & miſericors Dominus. Amen. Deinde ſedens cooperto capite dicit;

Dominus Noſter, Ieſus Chriſtus per ſuam ſanctiſſimam, pijſsimam, & benigniſſimam miſericordiam vos abſoluat, & ego authoritate omnipotentis Dei, & eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac ſanctorum Patrum Pauli Papæ III. & ℞ mihi cõmiſſa, vos abſoluo ab omni vinculo, & ſententia excommunicationis maioris, vel minoris, ſuſpenſionis, & interdicti, ab omni item pæna à iure, vel ab homine impoſita. Si quam, vel quas ex prędictis ſententijs, cenſuris, ſeu pænis quomodolibet incurriſtis propter transgreſsionem mãdatorũ Dei, vel Eccleſiæ, propter violationem, ſeu non obſeruationem Sacrorum Canonum, vel Conciliorum, ſtatutorum, literarum, ſeu mandatorum Papalium, Localium, Synodalium. Prouincialium, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Legatorum, Collectorũ, Executorum, Officialium, & Iudicum ordinariorũ & aliorum quorumcunque. Ab omni item ſententia, cenſura & pæna quâm quomodolibet incurriſtis ( propter violationem Votorum & transgreſsionem, ſeu non obſeruationem Regulę Sanctæ Ordinis veſtri, Conſtitutionum, Diffinitionum, cæremoniarum, monitionum, Ordinationũ, & præceptorũ Maiorũ veſtrorum, Abbatũ, Priorum, & aliorũ quorũcunq; ſeu quacunq; aliàs de cauſa ) quãtum mihi permittitur, & vobis conceditur. Ego vos abſoluo & reſtituo ſãctis Sacramentis Eccleſiæ, communioni, & vnitati fidelium. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus Sancti ✠ Amen.

Item eâdem authoritate ego diſpẽſo vobiſcum ſuper quibuſuis irregularitatibus ſi quam, vel quas, quauis occaſione, vel cauſa incurriſtis, & habilito vos ad omnes gradus, & promotiones

nes Ordinis veſtri. Item habilito vos ad omnem dignitatem Eccleſiaſticam obtinendam, officium, ſiue beneficium. Item habilito vos ad Sanctam offerẽdam Deo digne Immaculatam hoſtiam; & admiſtrandum ex officio in Ordinibus ſuſceptis atque ad alia quæcunq; ad quæ antea inhabiles eratis, habiles vos reddo, quantum mihi permittitur, & prædicta authoritate conceditur. In nomine Patris ✠ & Filij, ✠ & Spiritus Sancti, ✠ Amen.

---

## FORMA ABSOLVTIONIS in Sacramento Pænitentiæ ſeruanda.

¶ Sedentẽ Cõfeſſario cooperto capite genuflexus pænitens coram eo ſignet ſe ſigno Crucis, & poſtea dicat; ℟. Confeſſarius. Dominus nos benedicat, & ab omni malo nos defendat, & gratiam Spiritus Sãcti infundat in cordibus noſtris, vt ſaluemur. ℟. Pænitẽs, Amẽ. Deindẽ facta confeſsione generali, (vt mos eſt) peccatiſq; cõfeſsis, dicat Cõfeſſarius. Dominus parcat tibi. Amen; Pænitentiaque ſalutari iniuncta, pænitentem abſoluat primô â cenſuris deindẽ â peccatis; has preces præmittens. ✠ Miſereatur tui omnipotẽs Deus, &c. Indulgentiam, abſolutionẽ, & remiſſionem omnium peccatorum tuorum, &c.

✠ Abſolutio acenſur. & peccat. Dominus Noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, & ego authoritate ipſius, Apoſtolorum Petri & Pauli, & aliorum qua fungor te abſoluo ab omni vinculo excõmunicationis, ſuſpẽſionis, & interdicti quantum poſſum, & indiges * (Si conſtet de cenſura aliqua incurſa adiungat,) Itẽque ab hac qua teneris, (Si fuerint plures dicat.) (Itemque ab his quibus teneris, * & reſtituo te ſanctis Sacramentis Eccleſiæ, communioni, & vnitati fidelium, & cæteris tibi hac ratione prohibitis. In nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus Sãcti. ✠ Amen. Item eãdem authoritate Ego TE ABSOLVO AB OMNIBVS PECCATIS TVIS. In nomine Patris ✠ & Filij, ✠ & Spiritus Sancti. ✠ Amen. ¶ Preces ſub ſequẽtes. Paſsio Domino Noſtri Ieſu Chriſti, & merita Beatæ Mariæ ſemper Virginis, & omnium Sanctorum, quidquid boni feceris, & mali ſuſtinueris ſint tibi in remiſsionem peccatorum, in augmento gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen. Vade in pace.

Preces iſtæ, & antecedentes illæ Miſereatur tui, &c. Indulgentiã &c. non ſunt facile omittendæ, quia ex decreto Concil. Tridẽt. ſeſſ. 14. cap. 3. de Eccleſiæ ſan-

ctæ more laudabiliter adiungũ-
tur. † Vrgẽte tamen aliqua gra-
ui neceſsitate in periculo mor-
tis ſecundum Rituarium Pau-
li Papæ v. cæteris omnibus præ-
ter miſsis breuiter dici poteſt.
Ego te abſoluo ab omnibus cen-
ſuris, & peccatis tuis, In nomi-
ne Patris, ✠ &c.

¶ Forma Diſpenſandi in Ir-
regularitate.

¶ Poteſtate mihi commiſſa, Ego
diſpenſo tecum ſuper irregula-
ritaté, quá incurriſti, & habilito
te ad actus legitimos, In no-
mine Patris ✠ &c.

¶ Si irregularitas fuerit dubia
dicat· ſuper irregularitatem, ſi
eam forte incurriſti, & habili,
& cæt.

¶ Si fuerint plures dicat, Su-
per irregularitates quas incur.
&c.

BENEDICTIO PRO FRA-
tribus in via dirigendis iuxta
cap. 67. Regulæ Sanctæ Fratres
aliquo profecturi procumben-
tes benedicat Abbas dicens. ℣.
Saluos fac ſeruos tuos. ℟. Deus
meus ſperãtes in te. ℣. Eſto eis
Domine turris fortitudinis. ℟.
A facie inimici. ℣. Nihil profi-
ciat inimicus in eis. ℟. Et filius
iniquitatis non apponat nocere
eis. ℣. Mitte eis Domine auxi-
lium de Sancto. ℟. Et de Syon
tuere eos. ℣. Domine exaudi
orationẽ meam. ℟. Et clamor
meus ad te veniat. ℣. Domi-
nus vobiſcum. ℟. Et cum ſpi-
ritu tuo.

Oremus. Oratio.

Adeſto Domine ſupplica-
tionibus noſtris, & viam
famulorum tuorum, in ſalutis
tuæ proſperitate diſpone, vt in-
ter omnes viæ, & vitæ huius va-
rietates, tuo ſemper protegan-
tur auxilio. Per Chriſtum Do-
minum noſtrum. ℟. Amen.

BENEDICTIO PRO RE-
deuntibus, quos procumbentes
benedicat Abbas dicens. Verſ.
Saluos fac ſeruos tuos. ℟. Deus
meus ſperantes in te. ℣. Con-
uertere Domine vſquequo. ℟.
Et deprecabilis eſto ſuper ſer-
vos tuos. ℣. Domine exaudi
orationem meam. ℟. Et cla-
mor meus, &c. ℣. Dominus vo-
biſcum. Reſp. Et cum ſpiritu
tuo.

Oremus. Oratio.

Omnipotens ſempiterne
Deus miſerere his famu-
lis tuis & ſi quid eis in via ſub-
repſit viſus, aut auditus malæ
ei, aut otioſi ſermonis to-
tum ineffabili pietate propitia-
tus indulge. Per Chriſtum Do-
minum noſtrum. Amen.

LAVS DEO, HONOR ET GLORIA
Chriſto Domino, Virgini Matri, Paren-
tique Benedicto.

¶ Retrocedentiũ, quæ ponũtur iuxta Rubr. de Dñicis §. Cũ vero, &c.

¶ Si Septuageſima occurrat Die ✠

✠ Ianuar.

18 *Fit offi.* 2. Dñicæ. poſt Epiph. 14. Ianuar. *S. Hil. trãſfertur.*
19 *Fit offic.* 2. Domin. poſt Epiph. 14. Ianuar. *S. Hil. trãſfertur.*
20 *Fit offic.* 2. Domin. poſt Epiph. 14. Ianuar. *S. Hil. trãſfertur.*
21 & 2. *nihil.*
23 *Fit cõm.* 3. Domin. poſt Epiph. 22. Ianuar. *Si ſit Biſſex. nihil.*
24 *Fit cõm.* 3. Domin. poſt Epiph. 23. Ianuar.
25 *Fit cõm.* 3. Domin. poſt Epiph. 24. Ianuar.
26 *Fit cõm.* 3. Domin. poſt Epiph. 25. Ianuar.
27 *Fit cõm.* 3. Domin. poſt Epiph. 26. Ianuar.
28 & 22. *nihil.*
30 *Fit offi.* 4. Domin. poſt Epiph. 29. Ianuar. *Si ſit Biſſex. nihil.*
31 *Fit offic.* 4. Domin. poſt Epiph. 29. Ianuar.
1 Feb. *Fit of.* 4. Domin. poſt Epiph. 31. Ianuar.
2 *Fit offic.* 4. Domin. poſt Epiph. 31. Ianuar.
3 *Fit offic.* 4. Domin. poſt Epiph. 31. Iannar.
4 & 5 *nihil.*
6 *Fit cõm.* 5. Domin. poſt Epiph. 5. Februar. *Si ſit Biſſex. nihil.*
7 *Fit offic.* 5. Domin. & cõm. S. Dorotheæ 6. Febr.
8 *Fit offic.* 5. Domin. & cõm. S. Dorotheæ 6. Febr.
9 *Fit offic.* 5. Domin. poſt Epiph. 8. Febr.
10 *Fit offic.* 5. Domin. & cõm. S. Apolloniæ 9. Febr.
11 & 12 *nihil.*
13 *Fit offic.* 6. Domin. poſt Epiph. 12. Febr. *Si ſit Biſſex. nihil.*
14 *Fit offic.* 6. Domin. poſt Epiph. 13. Febr.
15 *Fit offic.* 6. Domin. & cõm. S. Valentini 14. Febr.
16 *Fit offic.* 6. Domin. & cõm. S. Fauſtini. 15. Febr.
17 *Fit offic.* 6. Domin. poſt Epiph. 15. Febr.
18 & 19 *nihil.*
20 *Fit offic.* 23. Domin. poſt Pẽtec. 16. Nouẽb *Si ſit Biſſex. nihil.*
21 *Fit offic.* 23. Domin. poſt Pẽtec. 20. Nouẽb. *Si ſit Biſſex.* (16. Nouembr.

Litera ſi A fuerit, G. vel B A nulla recurrit.
Concelebranda retro: ſi ſecus vna redit.

¶ Quando. ſ. litera Dominical. fuerit A. vel G. vel in Biſſexto B. c. A. nulla Dominica retrocedit, in alijs vero ſemper aliqua ponitur iuxta tabulam prædictam.

TA.

# TABVLA PROPHETARVM.

Minorum, qui ponuntur Menſe Nouembris ante Aduentum.

✠ Si Litera Dominicalis fuerit.

| ** | A | B | C | D | E | F | G |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Daniel | 14. Nouẽb. | 6. No. | 7. No. | 8. No. | 10. No. | 16. No. | 14. No. |
| Oſeas | 19. | 14. | 14. | 19. | 16. | 17. | 19. |
| Ioel | 20. | 15. | 16. | 17. | 19. | 19 | 20. |
| Amos | 20. | 17. | 17. | 19. | 20. | 20. | 20. |
| Abdias | 24. | 17. | 19. | 20. | 20. | 20. | 24. |
| Ionas | 25. | 19. | 20. | 20. | 23. | 24. | 24. |
| Michæas | 25. | 20. | 24. | 22. | 23. | 24. | 25. |
| Nahum | 27. | 20. | 25. | 22. | 23. | 25. | 25. |
| Habcuc | 28. | 20. | 25. | 22. | 25. | 23. | 27. |
| Sophonias | 28. | 20. | 25 | 25. | 25. | 27. | 28. |
| Aggæus | 28. | 24. | 25. | 25. | 27. | 27. | 28. |
| Zacharias | 1. Decẽb. | 25. | 27. | 27. | 28. | 18. | 1. De. |
| Malachias | 2. | 25. | 27. | 27. | 28. | 28. | 1. |

### ✠ Expoſitiô præcedentis Tabulæ.

Anno in quo occurrit Litera Dominicalis, A. pone Prophetas eô die Menſis qui ê regione cuiuſque aſsignatur in primis numeris ſub eadem Lit. A. Exempli gratia Danielem 14. Nouemb. Oſee 19. Et ſic in cæteris deorſum verſus. Quando Lit. Dominicalis fuerit B. pone Prophetas diebus, qui aſsignantur ſub Lit. B. Exempli gratia, Daniel 6. Nouemb. Oſee 14. Et ſic in cæteris.

Quando autem idem numerus, & dies reſpondet duobus tribus, vel 4. Prophetis, omnes eodem die ſunt ponendi, ita vt de ſingulis aliqua ſaltem dicatur Lectio.

Et (vt facilius aduertas) illis Prophetis, qui ſimul eodẽ die ſunt ponendi; correſpondent ex aduerſo numeri nigri, in ipſis numerorum lineis: cæteris vero, qui ſeorſim, ac ſoli ponuntur, correſpondet numeri rubri.

Anno verô, quo Paſcha celebratur 25. April. (quoniam Dominica 23. poſt pentecoſten ponenda eſt tunc die 20. Nouemb. iuxta Rubr. de Dominicis retrocedentibus. Ionas Propheta, qui eodem die 20. ponendus in tabula aſsignatur, ponatur anno illo die 19. eiuſdem Menſis.

Qua

quæ ponuntur ad Laud. in Sex Ferijs ante Natiuitatem.

¶ Si Litera Dominicalis fuerit.

A ¶ 18 *Decembris pone ad laud.* Añas. Feriæ 2. Ecce veniet, &c. *tertia prætermiſſa (iuxta diploma Gregor. XIII.) cuius loco dicatur, quæ ad Canticum ponitur in Pſalterio*, Date magnitudinem, &c. Dic 19. *pone* Añas. Feriæ 3. Dic 20. Añas. Fer. 4. Dic 22. Añas. Fer. 6. Dic 23. Añas. Dominicæ 4. *Sed* 3. *erit* Expectetur, &c.

B ¶ 16 *Decembris pone* Añas. Fer. 2. Ecce veniet, &c. *Quarta prætermiſſa, cuius loco dicatur, quæ est in Pſalterio* Domine audiui, &c. Dic 17. *pone* Añas Fer. 4. Prophetæ, &c. *Sed* 3. *erit*, Expectetur Dic 20. *pone* Añas. Fer. 3. Dic 22. Añas. Fer. 5. Dic 23. Añas. Fer. 6.

C ¶ 14 *Decembris pone* Añas. Fer. 3. Rorate, &c. 4. *Prætermiſſa, cuius loco dicatur, quæ eſt in Pſalterio.* Cantemus Domino, &c. Dic 17. *pone* Añas. Fer. 6. Dic 20. Añas. Fer. 2. Dic 22. Añas. Fer. 4. Dic 23. Antiph. Fer. 5.

D ¶ 16 *Decembris pone* Añas. Fer. 6. Conſtantes, &c. 4. *Prætermiſſa, cuius loco dicatur, quæ eſt in Pſalterio*, Dominus iudicabit, &c. Dic 17. *pone* Añas. Fer. 5. Dic 19. Añas. Fer. 2. *Sed* 3. *erit*, Expectetur, Dic 22. Añas. Fer. 3. Dic 23. Antiph. Fer. 4.

E ¶ 16 *Decembris pone* Añas. Fer. 5. De Syon, &c. *Sed* 4. *erit, vt in Pſalterio*. Cũctis diebus, &c. Dic 17. *pone* Añas. Fer. 4. Dic 19. Añas. fer. 6. Dic 20. Añas. Fer. 2. *Sed* 3. *erit*. Expectetur Dic 23. Añas. Fer. 3.

F ¶ 16 *Decembris pone* Antiph. Fer. 4. Prophetæ, &c. *Sed quarta erit, vt in Pſalterio.* Conuerſus, &c. Dic 17. *pone* Añas. Fer. 2. Dic 19. Añas. Fer. 5. Dic 24. Añas. Fer. 6. Dic 23. Añas. Fer. 2.

G ¶ 18 *Decembris pone* Añas Fer. 3. Rorate, &c. *Sed* 3. *erit vt in Pſalterio.* Date magnitudinem, &c. Dic 17. antiph. Fer. 2. Dic 19. Añas. Fer. 4. Dic 20. Añas. Fer. 5. Dic 22. Añas. Fer. 6. *Sed* 3. *erit*, Expectur.

¶ Notandum quod quando in sabbato ponuntur aliquæ ex prædictis añis, non solum omittenda est 3. (vt iam dictum est) sed etiam 4. quia non dicitur Psal. seu Canticum supra quod ponatur.

## DVM MEDIVM SILENTIVM.

¶ *Si Litera Dominicalis fuerit.*

A 30 *Decembr. fit* de Infra oct. Natiuit. *vt aſsignatur ante feſtū S. Syluestri: (In veſp. duplicantur* Añ æ. *& fit commemor.* Dominicæ.

31 *Decembr. fit officium* de S. Sylueſtro, *& commem.* Dominicæ, Dum medium ſilentium, *in Laud. & in 3. Noct. Lectio* 12. de Homil. eiuſdem Dominicæ, *cum* ℟. O Regem cœli, &c. *Eodem die ponitur in* 1. *Noct.* Initium Epiſtolæ ad Romanos.

B 30 *Decembr. fit officium* Dominicæ Dum med. ſil. *cum tribus tantum Lect. Homil. illius (vt aſsignatur poſt feſtum S. Thomæ Cantua.) In* 2. *veſp. duplicantur* Antiphonæ.

31 *Decembr. fit officium* S. Sylueſtri, *& ponitur.* Initium Epiſtolæ ad Romanos, *in* 1. *Noct.*

C 30 *Decembr. fit officium* Dominicæ Dum medium, &c. *modo quo ſuprà cum tribus tantum Lect.* &c.

31 *Decembr. fit officium* S. Syluest. *& ponitur.* Initium Epiſtolæ ad Romanos, 1. *Noct.*

D 30 *Decembr fit officium.* Dominicæ Dum medium, &c. *modo quo ſuprà cum* 3. *tantum Lect.* &c.

31 *Decembr. fit officium*, S. Sylueſtr. *& ponitur,* Initium Epiſtolæ ad Romanos, *in* 1. *Noct.*

E 30 *Decembr. fit officium.* Dominicæ Dum medium, &c. *modo quo ſuprà cum tribus Lect.* &c.

31 *Decembr. fit officium*, S. Sylueſtr. *& ponitur,* Initium Epiſtolæ ad Romanos, *in* 1. *Noct.*

F 29 *Decembr. fit officium.* 12. *Lect.* Dominicæ Dum med. &c. *(vt aſsignatur poſt feſtum S. Thomæ:) & ipſe* S. Thomas, *tranſferatur in feriam ſecundam; Eodemque die.* 29. *ponitur.* Initium Epiſtolæ ad Romanos.

G 30 *Decembr. fit officium*, 12. *Lection.* Dominicæ Dum medium &c. *Eodemque die ponitur*, Initium Epiſtolæ ad Romanos, *& in* 2. *veſp. duplicantur Antiphonæ.*

VERSVS.

*¶ Vt memoriter ſciatur quotnam ex ſex Dominicis aſsignatis poſt Epiphaniam. ſint apponendæ, & aſſumendæ poſt Dominicam 23. Pentecoſtes.*

Martius â feſto Benedicti quatuor affert:
Tres vigeſima ſeptima: Aprilis tertia binam
Vnam vult decimus. Nullam ſeptemdecimus fert.

*Expoſitio.*

Martius â feſto. &c. Si Paſcha celebretur Menſe Martio in diebus, qui currunt â feſtô S. P. Benedicti, vſque ad 27. eiuſdem menſis excluſiuè: 4. vltimæ Dominicæ Epiphaniæ ſunt apponendæ poſt Dominicam 23. Pentecoſt nimirũ 3. 4. 5. & 6. ¶ Tres vigeſima ſeptima. &c. 1. Si Paſcha celebretur in die 17. Martij, & cæteris ſequentibus, vſque ad 3. Aprilis excluſiuê, tres vltimæ Dominicæ Epiphan. apponendæ ſunt poſt Dominicam 23. Pentecoſt. ¶ Aprilis tertiâ binam. 1. Si Paſcha celebretur in die 3. Aprilis vſque ad 10. excluſiuê, duæ vltimæ Dominicæ Epiphan. ſunt apponendæ. ¶ Vnam vult decimus. &c. 1. Si Paſcha celebretur in die 10. Aprilis vſque ad 17. excluſiuê apponenda eſt vna tantum Dominica. ¶ Si denique celebretur die 17. Aprilis, & ſequentibus nulla apponenda eſt, quia nulla ſupereſt.

## CIRCA CALENDARIVM.

Notandum primô, quòd in Sex Menſibus Februario, nempè, Aprilji, Iuniô, Auguſtô, Septembri, & Nouembri ponuntur duæ Epactæ rubræ 24 & 25. vno, & eodem die: in alijs verô Menſibus minimè. Sed cur? ℟. Vt Lunationes Eccleſiaſticæ, alternatim quædam ſint dierũ 29. aliæ 30 Etenim ſi duæ illæ Epactæ vna poſt aliam duobus diebus ſucceſsiuê ſe habentibus conſtituerentur, omnes Lunationes haberent dies 30.

Notandum 2. quôd in prædictis Menſibus Epacta 25. nigra aſsignatur ad marginem vno die priûs, quâm Epacta 25. rubra. Sed cur? ℟. quoniam ſi hoc non fieret, contingeret aliquando, quôd intra eundẽ Ciclum decemnouenalem, ſeu Aureum Numerum. Nouilunia ad eumdẽ die Menſi redirent, quod eſt contra naturã eiuſdẽ Cicli. Nam nouilunia nõ niſi paractis 19. annis, eodẽ, quo antea die cõtingant.

Notabis tertio, & quæres quãdo nàm vtendum ſit Epacta 25. nigra. ℟. Quando Epacta 25. concurrerit cum Aureo Num. 12. vel alio maiori: ſi verô concurrat cum alio minori quocunque vtendum eſt Epacta 25. rubra.

BIBLIOTECA NACIONAL DE LISBOA
Res 4970

4